dicat illud esse dictum per expressionem cause. Deus caritas est. scilicet quod caritas sit ex deo. et non sit ipse deus: sicut dicitur. Deus nostra patientia est et spes: non quod ipse sit ista. sed quod ista ex deo sunt. occurrit Augustinus ostendens hoc non esse dictum per causam sicut illa in xv. libro de tri. ita dicens. Non dicturi sumus charitatem non propterea esse dictam deus: quod ipsa caritas sit vlla substantia que dei digna sit nomine. sed quod donum sit dei: sicut dictum est deo. Tu es patientia mea. Non utique ideo dictum est. tu es patientia mea. quod dei substantia est nostra patientia. sed quia ab ipso nobis est. Unde alibi. Ab ipso est patientia mea. hunc enim sensum facile refellit scripturarum ipsa locutio. Tale est enim. Tu es patientia mea: quale est. Domine spes mea et deus meus misericordia mea. et multa similia. Non est autem dictum Domine caritas mea aut tu es caritas mea. aut deus caritas mea. Sed ita dictum est: Deus caritas est sicut dictum est. deus spiritus est. hoc quod non discernit intellectum a domino: non expostione querat a nobis. Non apertius quicquam possumus dicere. Beatus ergo caritas est. Ex predictis clarescit quod spiritus sanctus caritas est qua diligimus deum et proximum. unde facilius est nobis ostendere quod spiritus sanctus mittatur siue detur nobis. Quod spiritus sanctus mittatur vel detur nobis.

**Tunc enim mitti vel**

dari dicitur: cum ita in nobis est: ut faciat nos diligere deum et proximum. per quod manemus in deo: et deus in nobis. Unde Augustinus hunc missionis modum insinuans in xv. libro de trinitate. ait. Deus spiritus sanctus qui procedit ex deo cum datus fuerit homini: accendit eum ad diligendum deum et proximum. et ipse dilectio est. Non enim habet homo unde diligat deum: nisi ex deo. Ecce quod datur vel mittitur nobis spiritus sanctus secundum quod dicitur datum siue donum. Quod donum commendat Augustinus explanans apertius quomodo detur in eodem libro. Dilectio inquit dei diffusa est in cordibus nostris. ut ait apostolus per spiritum sanctum qui datus est nobis. Nullum est isto dono dei

Augusti.

Augusti.



Quo spūsanctus datur: h notatur.

Predicte auctoritatis colligitur summam.

An spūsanctus deū hnti et nō habenti.

excellentius. Solum est quod diuidit inter filios regni et filios perditionis. Datur et alia per spiritum munera: sed sine charitate nihil profunt. Nisi ergo tñ ipartiaf cuiq; spūsanctus: vt cum dei et primi faciat amatorem. a sinistra non trāfertur ad dexteram. Neq; spūsanctus pprie dicitur donum nisi ppter dilectionem. quam qui nō habuerit: et si loquat oibus linguis: et habuerit pphetiam et oēm sciam et omnem fidem. et distribuerit substantiā suā. et tradiderit corpus suū ita vt ardeat: nō ei prodest. Quantū ergo bonū est: sine q̄ ad eternā vitā neminem tāta bona pducūt. Ip̄a x̄o dilectio vel charitas: nā vni rei nomē est: vtrūq; pducit ad regnum. Dilectio ergo que ex deo est: et deo pprie spūsanctus est: p̄ quē diffundit in cordibus nr̄is deus charitas. p̄ quam nos tota inhabitat trinitas. Quo circa rectissime spūsanctus cum sit deus: vocat etiam donum dei. Quod donum pprie q̄d nisi charitas intelligendus est: q̄ pducit ad deū. et sine q̄ quodlibet aliud dei donū nō pducit ad deū. Ecce h̄ aperit q̄d supra dictū erat. sc̄ q̄ charitas sit spūsanctus: et donum excellentius. et quōd hoc donum. i. spūsanctus deū nobis. sc̄. cū ita impartit alicui. i. ita habet esse i aliquo vt cum faciat dei et proximi amatore. Quod cum facit: tunc aut dari dicitur siue mitti alicui: et tūc ille d̄ pprie habere spūsanctū. Utrum cōcedēdum sit q̄ spiritus sanctus augeat in hoīe. vel magis vel min⁹ habeat vel detur. **Hic queritur si charitas spiritus sanctus est: cum ipsa augeat et minuatur in homine et magis et minus p̄ diuersa tempora habeatur. vtrum cōcedēdum sit q̄ spiritus sanctus augeatur vel minuatur in homine et magis et minus habeatur: Si enim in homine augetur. et magis vel minus datur et habetur: mutabilis esse videtur. deus autem omnino immutabilis videtur. Videtur ergo q̄ vel spiritus sanctus non sit charitas. vel charitas non augeatur vel minuatur in homine. Item charitas et non habenti datur vt habeat. et habenti vt plenius habeat. Si ergo spiritus sanctus charitas est et non habenti datur vt habeat. et habenti vt plenius hēat Sed quōd datur non habenti. cum ipse vt deus sit vbiq; et in omnibus creaturis totus. et quōd pleni⁹ datur vel habet sine sui mutatōe.**

R̄sio ad primā questionem. **Hic ita responde**

Hic ponit illud dubij solutoris

mus dicentes q̄ spūsanctus siue charitas penitus immutabilis est. nec in se augetur vel minuit. nec in se recipit magis vel minus. sed in homine: vel potius homini augetur et minuitur. et magis vel minus datur vel habetur. sicut deus dicitur magnificari et exaltari in nobis qui tamē in se nec magnificatur nec exaltatur. Unde propheta. Accedat homo ad cor altum et exaltabitur deus. Super quē locū ait auctoritas. Beatus non in se: sed in corde hoīs grandescit Sic ergo spiritus sanctus homini datur. et datus amplius datur. id est augetur. et magis et minus habetur. et tñ immutabilis existit.

Responsio ad secundam. **Ubiq; sit. et** in omni creatura totus: sunt tñ multi q̄ eū non habent. Non enim omnes spiritus sanctum habent in quibus est: alioquin et irrationabiles creature haberent spiritus sanctum. quod fidei pietas non admittit.

Autoritate confirmat vtrāq; responsionem.

**Est autem certius**

Hic ponit eō firmatōis p̄d̄cte p̄clusio.

fiat q̄d diximus: auctoritate confirmamus ex spūsanctus magis ac minus p̄cipiat et homi augeat. et non hnti deū. et hnti vt pl⁹ habeat Augu. ostendit sup̄ Job. dicens. Sine spūsancto constat nos x̄pm non diligere: et eius mandata seruare nō posse. et id nos posse atq; agere tanto minus q̄to illū p̄cipimus minus. tanto x̄o amplius q̄to illum p̄cipimus amplius. Ideoq; nō solum non hnti. verū etiam hnti non incassum p̄mittit. Nō habenti q̄dem vt habeat. hnti aut vt amplius habeat. Nā si ab alio min⁹: et ab alio amplius nō haberet: sc̄t̄s h̄elyseus sancto h̄elye nō diceret Spūs q̄ est in te: duplo sit in me. X̄po aut q̄ est dei filius nō ad mensurā datus est spūs Neq; enī si ne gr̄a spūsancti est mediator dei et hoīm hō x̄ps. Ex enī ē vnigenit⁹ dei fili⁹ equalis p̄ri: nō est gr̄e nature. Et aut in vnitatē p̄sone vnigeniti assumpt⁹ est hō: gr̄e est: nō nature. Leteris aut ad mensurā datur: et datus addit: donec vniciq; pro mō sue p̄fectionis ppria mensura compleat. Ecce expressisse habes q̄ spūsanctus magis et minus datur vel accipit. et hōi datur auget. et hnti et



nō hñti daf. q: spūſſctūs est charitas q̄ nō habenti daf: r̄ in habente auget r̄ proficit Immo vt veri? r̄ magis p̄p̄loquar: hō i ea p̄fici: r̄ deficit aliqñ. r̄ tūc ip̄a d̄: p̄fici: ficere vel deficere. q̄ tñ nec proficit nec deficit in se. q: deus est. **Uñ** Augu in ome. ix. ſup̄eſam Job ait. p̄robet ſe quiſq; q̄tuz in illo p̄fecerit charitas: vel potius q̄tum ip̄e in charitate p̄fecerit. **Na** ſi charitas deus eſt. nec deficit nec proficit. Sic ergo in te proficere dicitur charitas. quia tu in ea proficis. Ecce quomodo intelligendum ſit cū dicitur ſp̄ituſſanctus augeri in nobis. q: nos in eo. ſ. p̄fici? ſic r̄ alia h̄mōi. **Q**uāliq; dicunt ſp̄im̄ſanctum nō eſſe charitatem qua diligim? deuz et proximum.

**Supra dictū ē qd̄** ſp̄iſſanctus charitas eſt p̄ris r̄ filij q̄ ſe in uicem diligūt r̄ nos: r̄ ip̄e idem eſt charitas que diffundit̄ in cordibus n̄ris ad diligendum deū r̄ proximum. **H**oz̄ alter omnes catholici p̄cedūt. ſ. q: ſp̄iſſanct? ſit caritas patris r̄ filij. **Q**uā aut̄ ip̄e idem ſit charitas qua diligim? deū r̄ proximum a pleriq; negat. **D**icunt enī. **S**i ſp̄iſſanctus charitas eſt patris r̄ filij r̄ noſtra. eadem q̄ charitas eſt qua deus diligit nos. r̄ q̄ nos diligimus eū **H**oc aut̄ ſanctorum autoritates negare vident. **D**icit enī Aug. in li. de ſpiritu et l̄ra. **Uñ** eſt dilectio: niſi vñ r̄ ip̄a ſi des. i. a ſp̄iſſancto. **N**on eſſet enī in nob: niſi diffunderet̄ in cordib? p̄ ſp̄m̄. **C**haritas aut̄ dei dicta eſt diffundi in cordib? n̄ris. non q̄ nos ip̄e diligit: ſed q̄ nos facit dilectores ſuos. **S**icut iuſticia dei d̄: q̄ nos iuſti eius munere efficiuntur. **E**vd̄ domini ſalus q̄ nos ſaluat. r̄ fides xp̄i q̄ nos fideles fac̄. **H**is verbis videt̄ monſtrari diſtinctio inter charitatez qua nos deus diligit: r̄ qua nos diligimus. **E**t ſicut iuſticia noſtra dicitur dei. nō q: ip̄e ſit ea iuſtus. ſ. q: ea nos iuſtos facit. **S**imilit̄ r̄ fides r̄ ſalus. ſic videtur dicta dei charitas q̄ eſt in nob. nō q: ip̄e ea diligat. ſed q: ea nos diligere facit.

**De** h̄ etiā idē. Aug. in li. xv. de trini. ait. **C**ū Jobes cōmemoraſſet dei dilectionem nō qua nos eū: ſ. qua ip̄e dilexit nos: r̄ miſit filiū ſuū liberatōrē pro peccis n̄ris. **E**cce r̄ hic videt̄ manifeſte diuidere dilectionez q̄ nos diligimus deū ab ea qua ip̄e diligit nos. **S**i ergo inquit ſp̄ituſſanctus dilectio eſt qua deus diligit. r̄ qua nos di-

ligimus duplex dilectio eſt. immo duo diuerſa eſt quod abſurdum r̄ ea veritate longe eſt. **N**on eſt ergo dilectio qua diligim? ſed qua deus tñ diligit nos.

**R**eſponſio ad predicta determinans autoritates. **m**

**H**is reſpōdemus

p̄dictarū autoritatū v̄ba determinātes h̄mō. **C**haritas dei dicta eſt diffundi in cordibus n̄ris. non q̄ ip̄e nos diligit: ſ. q̄ nos diligere facit r̄. **H**is v̄bis nō diuidit̄: nec diuiſa oñdit̄ charitas q̄ de? nos diligit ab ea qua nos diligimus: ſ. potius cū ſit vna r̄ eadez charitas. r̄ dicat̄ ip̄a dei charitas r̄ diuerſis decauſis r̄ ratiōib? dei charitas appellari in ſcriptura oſtendit̄. **D**icit enī dei charitas. vel q: deus ea diligit nos v̄t quia nos ea ſui dilectores facit.

**D**eterminatio prime autoritatis. **n**

**C**um ergo ab apoſtolo d̄: charitas dei diffundi in cordibus n̄ris: nō eſt dicta charitas dei qua diligit nos. ſed qua facit nos diligere. i. nō ibi appellat̄ charitas dei: eo q: deus nos ea diligit: ſ. eo q: nos ea ſui dilectores facit. **E**t q: ea ratiōe poſſit dici charitas dei: quia nos ea diligere facit: ex ſimili genere locutionis oſtendit̄: ſicut d̄: iuſticia dei qua nos iuſtificat. r̄ domini ſalus qua nos ſaluat. et ſi des chriſti qua nos fideles facit.

**D**eterminatio ſecunde. **o**

**S**imiliter et aliam

exponimus autoritatē: vbi ait dilectionez dei cōmemorari: non q̄ nos eū: ſ. q̄ ip̄e dilexit nos. ac ſi diceret: cōmemorat dilectionem dei: nō ſm̄ q: ea nos diligimus deum ſed ſm̄ q: ip̄e ea diligit nos.

**A**liud obijciunt. **p**

**S**z aliud ē inquit

unt qd̄ magis v̄get: dixit enī ſupra Aug. q: dilectio eſt a ſp̄iſſancto: a quo fides. **S**icut q̄ fides nō eſt ſp̄iſſanctus a quo eſt: ita nec charitas. **Q**uō q̄ ſp̄iſſanct? ē ſi ab ip̄o eſt. **N**ā ſi ab ip̄o eſt: r̄ ip̄e eſt. **S**i ſp̄ituſſanctus a ſe ip̄o eſt. **A**d qd̄ dicim? **S**p̄iſſanctus q̄dem a ſe ip̄o non eſt: ſ. tñ a ſe ip̄o daf̄ nobis: vt ſupra dictū eſt. **D**at enī ſcipſum nobis ſp̄iſſanctus. **E**t ex hoc ſenſu dictuz eſt: q: charitas ab ip̄o eſt in nob. r̄ tñ ip̄a ſp̄iſſanctus eſt. **F**ides aut̄ eſt a ſp̄iſſancto

**R**eſponſio

Augusti.

Autoritates  
q̄ videt̄ p̄ eis  
facere.

Augusti.

Augusti.

Et v̄bis autoritatum argumentando p̄cedit.



et non est spiritus sanctus. quia donum vel datum solummodo est: non deus datus.

Quod alias inducunt rationes et auctoritates ad idem probandum.

**Alias quoque inducunt rationes ad idem ostendendum.** scilicet quod charitas non sit spiritus sanctus. quia charitas affectio mentis est et motus animi. spiritus sanctus vero non est affectio animi vel motus mentis quia spiritus sanctus immutabilis est et increatus. Non ergo charitas. Quod charitas est motus vel affectio animi.

**Quod autem charitas**

Augusti.

sit affectio animi et motus mentis: auctoritatibus firmant. Dicit enim Augustinus in libro de doctrina christiana. Charitates voco motum animi ad fruendum deo propter ipsum. et se ac proxiorem propter deum. Idem in libro de moribus ecclesie catholice: tractans illud verbum apostoli. Nec mors nec vita poterit nos separare a charitate dei. Charitas dei inquit dicta est virtus que animi nostri rectissima affectio est: que coniungit nos deo que eum diligimus. Ecce his verbis exprimitur: quod charitas est affectio et motus animi. ac per hoc non videtur esse spiritus sanctus.

Responsio determinans auctoritates.

**Ad quod dicimus**

hinc dictum esse sicut dicitur. Deus est spes nostra et patria nostra. quia facit nos sperare et patri. Ita charitas dicitur esse motus siue affectio animi quia per eam movetur et afficitur animus ad diligendum deum. Non autem mireris si charitas cum sit spiritus sanctus dicatur motus mentis: cum etiam in libro Sapientie dicatur de spiritu sapientie: que attingit a fine usque ad finem. que est actus mobilis certus. incommutabilis. Quod non ideo dicitur quod sapientia sit mobile aliquid vel actus aliquid. sed quia sui immobilitate omnia attingit non locali motu. sed ut verbi gratia spiritus sit. et nusquam inclusa teneatur. Sic ergo charitas dicitur motus animi: non quod ipsa sit motus vel affectio vel virtus animi. sed quia per eam quasi esset virtus: afficitur mens et movetur. Sed si charitas spiritus sanctus est que operatur in singulis. putat vult. cum per eum mens hominis afficiatur et moveatur ad credendum vel sperandum et homo sicut ad diligendum. Quare non sic dicitur charitas motus vel affectio mentis ad credendum: vel sperandum sicut ad diligendum. Ad quod sane dici potest. quia alios actus atque motus virtutum operatur charitas. id est spiritus sanctus mediantibus vir-

tutibus quare actus sunt utpote actus fidei. id est credere fide media. et actum spei. id est sperare media spe. Per fidem enim et spes predictos operatur actus. Diligendi vero actus per se tamen: si nec alicuius virtutis medio operatur. id est est diligere. Alii ergo hunc actum operatur quam alios virtutum actus. Hoc quoque differens de hoc et de aliis locis quibus scriptura que istum speciale charitati tribuit. Est ergo charitas vere spiritus sanctus. Unde Augustinus. promissum verbum apostoli tractans in eodem libro. charitatem dicit esse bonum. quo nihil melius est. et per hoc ipsum esse deum significat dicens. Si nulla res ab eius charitate nos separat. quid esse non solum melius: sed etiam certius hoc bono potest. Ecce dicit quod charitate nihil melius est. Charitas ergo spiritus sanctus est qui deus est: et donum dei siue datum. qui dividit singulis fidelibus dona: nec ipse dividitur: sed indivisus singulis datur. Unde Augustinus. ubi Iohannes dicit non ad mensuram christo dari spiritum ait. Ceteris vero dividitur: non qui idem ipse spiritus: sed dona eius.

An concedendum sit quod per donum dentur dona.

**Hic queritur cum**

spiritus sanctus per quem dividuntur dona ipse sit donum. utrum concedendum sit quod per donum dividatur ac dentur dona. Ad quod dicimus quod per donum quod est spiritus sanctus: singulis per propria dividuntur et ipsum communiter omnes boni habent. Unde Augustinus in libro de trinitate. ait. Per donum quod est spiritus sanctus in communione omnibus membris christi: multa dona que sunt quebusque propria dividuntur. Non enim singuli qui que habent omnia. sed hi illa: alii alia. Quis ipsum donum a quo cuique propria dividuntur omnes habeant. id est spiritus sanctus. Aperte dicit per donum dona donari.

Augusti.

Ista est distinctio decima septima in qua magister postquam egit de missione spiritus sancti visibiliter sub speciebus creatis agit de missione eius invisibiliter per infusionem charitatis. Et tria principaliter facit. Primo enim ostendit quod charitas secundum essentiam dicatur. Secundo subdit quod in nobis augetur. Tertio percludit quod actum dilectionis in nobis operatur. Primum facit versus ibi. Hic queritur si spiritus sanctus charitas est. Secundum ab inde versus ibi. Supra dictum est quod spiritus sanctus est charitas. Tertium vero versus ad finem distinctionis. et hec in generali. In speciali sententia magistri stat in tribus propositionibus. quarum prima est. Spiritus sanctus existens charitas quidem et primus diligimus. tunc nobis invisibiliter mittitur vel datur cum talem dilectionem in nobis efficit vel operatur. Et per banur sic. Sola charitas que facit nos in deo manere et deus in nobis: est maximum dei donum. spiritus sanctus



ctus qui est maximum dei donum facit deum esse in nobis et nos manere in deo. igitur solus spiritus sanctus est charitas. Hanc sententiam magister ponens in sua dicit. quod spiritus sanctus qui temporaliter missione datur inuisibiliter est charitas qua deum et primum diligimus. Et tunc inuisibiliter mittitur vel datur cum huiusmodi dilectione dei et proximi in nobis occulte operatur. Et hoc probat magister auctoritate beati Augustini. Postea magister excludit instantiam qua posset dici deum esse charitatem. et hoc debere intelligi per causalitatem: sicut etiam dicitur Deus est patientia nostra et spes nostra. quia patientia et spes in nobis operatur et causatur. sic etiam dicitur deum esse charitatem id est charitatem in nobis causans. Sed hoc remouet magister et dicit quod hoc nomen consonat sacre scripture in qua bene reperitur. Deus patientia mea et spes mea. sed nullibi inuenitur dictum. Deus charitas mea. vel aliquid talium sed simpliciter dicitur. Deus charitas est. quod non fieret nisi essentialiter charitas esset. Secunda propositio est hec. Spiritus sanctus qui charitas est in nobis augeri vel minui sicut in ipso proficimus vel deficimus nullatenus catholice est negandum. Et probatur sic. Illud catholice de deo non negatur quod communiter reperitur. sed spiritus sanctus in nobis augeri vel minui sicut in ipso proficimus vel deficimus est huiusmodi. igitur illud catholice non negatur. Argumentum apparet euidentius et maior: sed minoris probatione magister ponit in textu. ubi obijcit contra sententiam in prima propositione. scilicet quod spiritus sanctus sit charitas. sequitur quod sicut charitas augeret in homine. et non habet daretur ei ea habeat. et huiusmodi ut plenus ea habeat. sic etiam spiritus sanctus augeret et minueret in homine. et daretur non huiusmodi. quia omnia sunt inconuenientia: ut apparet: eo quod videret ponere mutationem in deo. et ipsum non esse vbius. Ad quam magister respondet dicens. spiritus sanctus qui charitas sine omni mutatione augeri vel minui et dari non huiusmodi dicitur. quia non recipit magis aut minus in se essentialiter: sed in homine. et non augetur nec minuitur sibi. sed potius ipsi homini: vel in ipso homine a quo magis vel minus habet. sic dicitur etiam in nobis magnificari vel exaltari licet tamen in se magnificet vel exaltet. Dicit etiam dari non habenti: non quod alicubi veniat ubi prius non fuit. quod esse non potest esse sit vbius. sed quia alio modo alicubi esse incipit quod tibi prius non fuit. Postea adducit plures auctoritates quibus probatur spiritus sanctus ab aliquibus magis et ab aliquibus minus haberi. exemplificans illud per Helyseum prophetam qui duplicem Helyse petiit spiritum. Per alias etiam auctoritates probatur quod deus dicitur proficere eo quod homo in ea proficit. Tertia propositio est. Spiritus sanctus actus diligere dei per seipsum sine virtute media in nobis operatur. Et probatur sic. Et eodem argumento arguitur contra prius dicta. scilicet quod spiritus sanctus dicitur charitas. et arguitur sic dilectio qua nos diligimus deum non est dilectio qua deus diligit nos. igitur charitas qua nos diligimus deum non est spiritus sanctus. contra tenet per tanto quod dilectio qua nos diligit deus est spiritus sanctus. et ergo illa qua nos diligimus deum non est illa qua deus diligit nos. sequitur nostram charitatem non esse spiritus sanctum. Assumptum vero per auctoritatem beati Augustini. que habetur in e. huiusmodi distinctionis. Ad argumentum respondet magister negando ans. Ad auctoritatem beati Augustini respondet magister quod b. Augustinus non voluit dicere illis verbis quod alia esset charitas qua deus diligit nos. et alia qua nos diligimus deum. Sed voluit dicere quod nomen charitatis conuenit deo non solum quia ipse diligit nos. sed etiam quia nos per ipsam sui dilectionem facit. Secundo obijcit contra idem. Nihil est a seipso sed charitas est ab ipso spiritu sancto. igitur charitas non est ipse spiritus sanctus. Minoris probatur magister auctoritate Augustini dicens quod dilectio qua deum diligimus

est a spiritu sancto: sicut fides qua in deum credimus. Ad quod respondet magister dicens quod non est inconueniens idem esse a seipso non simpliciter. sed quia a seipso datur nobis. Et quantum ad hoc dicit b. Augustinus quod charitas a spiritu sancto est. et ipsa charitas est spiritus sanctus. fides autem quod non est deus. sed aliquid a deo datum. Tertio obijcit. Nulla affectio est essentialiter spiritus sanctus. sed charitas qua nos deum diligimus est affectio animi. igitur non est spiritus sanctus. Minoris est b. Augustini. dicens. Charitate voco motum animi etc. Et respondet magister dicens quod charitas ideo dicitur motus animi. quia nos ad diligendum effectiue mouet. Nec mirum est quod charitas qua spiritus sanctus est dicitur motus animi. cum de ipso diuina sapientia dicatur quod sit nobilior omnibus mobilibus. Istis autem sic positis magister soluit duas questiones. Quarum vna sumitur ex responsione tam ultimo dicta. Nam ex quo charitas mouet mentem ita bene ad credendum et ad sperandum sicut ad diligendum. quare non ita bene dicitur affectio mentis ad credendum ad sperandum sicut ad diligendum. Respondet magister quod hoc non potest fieri ideo. quia charitas siue spiritus sanctus alios actus et motus virtutum operatur mediis habitibus infusus. utpote credere mediante habitu fidei. sperare mediante habitu spei. sed actus diligendi per se sine quocumque habitu operatur. Alia quaestio. Utrum per donum quod est spiritus sanctus dentur alia omnia dona. Et respondet quod sic. et tamen non omnes qui habent spiritus sanctum habent omnia dona. sed aliqui illa. alii ista. et sic de alijs. Et predicta opinio magistris non tenetur nec debite soluit obiectionem. igitur etc.

Utrum eadem ratione spiritus sanctus dicatur donum et datum siue donatum.

**Reterea diligenter considerandum est cum spiritus sanctus dicatur donum et datum. utrum et eadem ratione**

utrumque nomen ei conueniat: quod vti quod videri potest.

Quare ita esse videtur.

**Lumenque idem sit spiritus sanctum dari: et spiritus sanctum donari. ex eadem ratione videtur spiritus sanctus dici datum et donum. Hoc etiam videtur.**

Aug. significare in xv. li. de trinitate. cum ait. Spiritus sanctus in tantum donus dei est in quantum datur eis quod datur. apud se autem deus est et si nemi datur. Ecce aperte dicit spiritus sanctum donum appellari: quia datur. Si autem ex eo tantum appellatur donum: quia datur. non ab eterno fuit donum: quia non datur nisi ex tempore.

Utrum quare datum siue donatum dicatur spiritus sanctus.

**Ad quod dicimus quod spiritus sanctus et donum dicitur et datum siue donatum. si datum siue donatum ex eo tantum dicitur. quia datur vel donatur. quod habet tantum ex tempore.**

DI. XVIII

Augusti.



**Hic quare donum.**

**Donum vero dici**

tur nō ex eo tñ q̄ donet. s̄ ex p̄petate quā habuit ab eterno. vñ ⁊ ab etno fuit donū. Sempitēne em̄ donū fuit nō q̄ daref: s̄ q̄ p̄cessit a p̄re ⁊ filio. **Uñ Aug. in. iij. li. de tri. ait.** Sic natū esse ē filio a p̄re esse. ita sp̄ritus sc̄dō donū dei esse ē a p̄re p̄cedere et a filio. **Hic apte ostendit q̄ sp̄ritus sc̄dō donū est q̄ p̄cedit a p̄re ⁊ a filio. sicut fili⁹ eo est a p̄re q̄ nat⁹ ē ab eo. Nō enī idē ē filio eē a p̄re ⁊ sp̄ritus sc̄dō. i. nō ea p̄rietate fili⁹ dicitur esse a p̄re q̄ sp̄ritus sc̄dō. Nā fili⁹ dicitur eē a p̄re: q̄ genit⁹ ē ab eo. Sp̄ritus sc̄dō nō dicitur eē a p̄re ⁊ a filio. q̄ sp̄ritus sc̄dō donū p̄ris ⁊ filij. i. q̄ p̄cedit ab vtroq̄. Eo enī dicitur sp̄ritus quo donū. ⁊ eo donū quo procedēs.** **Uñ Aug⁹. in. v. li. de tri. ait.** Sp̄ritus sc̄dō nō ē trinitas: s̄ in trinitate intelligit̄. in eo q̄ p̄p̄e dicitur sp̄ritus sc̄dō: relatiue dicitur: cū ⁊ ad p̄rem ⁊ filiū referit̄. q̄ sp̄ritus sc̄dō ⁊ p̄ris ⁊ filij sp̄ritus est: s̄ ip̄a relatio nō apparet in hoc noīe. Apparet autē cū dicitur donū dei. donū est enī patris ⁊ filij. q̄ ⁊ a p̄re p̄cedit ⁊ a filio. **Ecce his v̄bis apte ostendit eadem relatione dici sp̄ritus sc̄dō ⁊ donū. Donum autē q̄ p̄cedit a patre ⁊ filio. p̄p̄etas ergo q̄ dicitur sp̄ritus sc̄dō vel donum: p̄cessio ip̄a est. de q̄ post plen⁹ agemus cum alijs.** **Lū ḡ ab eterno processerit ab vtroq̄ ⁊ ab eterno donū fuit. Nō ḡ sp̄ritus sc̄dō eo tñ dicitur donum: q̄ donat. Nam ⁊ aū fuit donū q̄ donaref. **Uñ Aug. in. v. li. de tri.** Sp̄ritus sc̄dō p̄cedit. ⁊ nō ex tēpe: s̄ ab eternitate p̄cedit. Sed q̄ sic p̄cedebat vt esset donabile: iam donū erat aūq̄ esset cui dōa retur. **Aliē em̄ intelligit̄ cum dicitur donū: aliē cum dicitur donatū. Nam donum p̄t esse etiam anteq̄ detur. donatum autem nisi datum fuerit nullo modo oīci potest. Sempitēne ergo sp̄ritus est donum temporali- ter autem donatum. Hic v̄bis aperte ostenditur: q̄ sicut sp̄ritus sc̄dō ab eterno procedit. ita ab eterno donum est: non quia donaretur a patre filio. vel a filio patri: s̄ q̄ ab eterno processit donabilis.****

**Queritur cui donabilis.**

**Sed queritur cui**

donabilis vtrū p̄ri ⁊ filio. an tñ nob̄ q̄ nō dū eram⁹. Si autē nō erat donabilis p̄ri ⁊ filio sed tñ nobis. ⁊ ex eo donū erat. q̄ sic donabilis p̄cedebat. videt̄ q̄ fili⁹ semp̄ ea

dem ratioe donū fuerit. q̄ ab eterno p̄ces- sit a patre donabilis nobis in tpe. Nam et de filio legitur q̄ datus est nobis. **Ad q̄ dicitur: q̄ sp̄ritus sc̄dō nobis tñ nō patri vel filio donabil⁹ p̄cessit: sicut ⁊ nobis tantum datus est. Et fili⁹ vere dat⁹ est nobis: ⁊ ab etno processit a p̄re. nō vt donabil⁹ tñ: sed vt genitus qui ⁊ donari posset.**

**Processit ḡ vt genit⁹ ⁊ donabilis: s̄ sp̄ritus sc̄dō nō procedit vt genitus: sed tantū vt donū. Donum autē semp̄ fuit. nō solum quia donabilis: sed quia ab vtroq̄ processit: ⁊ quia donabilis fuit. Unde Augusti. in. v. libro. de trinitate. ait. **Coīpō q̄ datur⁹ erat cum deus: iam donum erat etiam an- teq̄ daretur. Et ideo donabilis est. sed aliter donabilis: q̄ filius. Nam ⁊ aliter dat⁹ ⁊ aliter processit q̄ filius. Filij enim proces- sio genitura est: vt natiuitas. Spiritus sc̄dō vero processio natiuitas non est. vtraq̄ vero ineffabilis est.****

**Q̄ sicut fili⁹ nascendo accepit non tantum vt esset fili⁹. sed etia essentia. ita ⁊ sp̄ritus sc̄dō p̄cedēdo accepit non tñ vt esset donum. sed etiam vt esset essentia.**

**Et notādum qd̄ li-**

cut filius nascendo accepit: non tñ vt fili⁹ sit s̄ oīno vt sit. ⁊ vt ip̄a substantia sit: ita et sp̄ritus sc̄dō a patre ⁊ filio p̄cedēdo acce- pit: non tñ vt sp̄ritus sc̄dō sit vel donus. s̄ etiam vt omnino sit: ⁊ vt ip̄a sit. quod vti- q̄ nō accepit ex eo quo dat⁹. Nam cū non det nisi ex tpe: si h̄ haberet ex eo q̄ datur: accepisset ḡ ex tēpe vt esset. **Unde Aug. in. v. li. de trinitate. Filius non hoc tñ habet nascendo vt sit filius: sed oīno vt sit. Queritur ergo: vtrum sp̄ritus sc̄dō eo q̄ datur habeat non tantū vt donum sit: sed omni- no vt sit: Quod si non est nisi quia datur. id est si non habet esse: nisi eo q̄ dat⁹. Sic fi- lius nascendo habet nō tñ vt sit filius qd̄ relatiue dicit̄. s̄ omnino vt sit ip̄a substan- tia: quomodo iam sp̄ritus sc̄dō erat ip̄a sub- stantia: cum nō prius daref q̄ esset cui da- retur. Non ergo eo q̄ datur: sed p̄cedēdo habet vt sit donus: ⁊ vt sit essentia. sicut fi- lius non eo q̄ datus est: sed nascendo acce- pit: non tantum vt sit filius. sed vt sit essen- tia. Unde Augustinus in. xv. libro de tri- nitate ait. Sicut filio p̄stat essentiam sine initio tēporis. sine mutabilitate nature de patre generatio Ita sp̄ritus sc̄dō p̄stat essen-**

Quid sit filio esse a patre et sp̄ritus sc̄dō.

Augusti.

Et dicitur sp̄ritus sc̄dō quo do- num. ⁊ eo do- num quo pro- cedens.

Q̄ sp̄ritus sc̄dō p̄cedit sp̄ritus sc̄dō.

Ad fili⁹ p̄ces- sit vt genitus et donabilis. sp̄ritus sc̄dō nō vt donū ⁊ do- nat⁹. ⁊ q̄ p̄- cedit ab vtro- q̄. ⁊ q̄ dona- bilis est.

Augusti.

Augusti.



tiam sine vlllo initio tempis. sine vlla mutabilitate nature de vtroq; processio.

Questio ex predictis videt q; filius non tm sit filius natiuitate. sed etiam. essentia de simili & spiritus sanctus processione.

### Hic oritur questio

Si filius nascendo h3 non tm vt sit filius: sed vt sit essentia: & spū sanctus pcedendo non tm vt sit donū. s; vt sit essentia. q; & fili natiuitate essentia est. & spū sanctus pcessione est essentia. cum alibi dicat q; nec pater eo pater est quo deus. nec filius eo filius quo deus. nec spū sanctus eo donum quo deus.

Augusti.

Quia vt ait Aug. in. vii. lib. de trini. his nominibus relatiua eorū ostendunt: non essentia. vnde post plentius agemus. Ad qd breuiter respondentes dicimus: q; nec fili natiuitate essentia est: sed tm fili. Nec spiritus sanctus pcessioe essentia est. s; donum tm. & tm vterq; & ille nascendo: & iste pcedendo accepit vt esset essentia. Non em vt ait Hylarius in. v. li. de trini. p defectione aut ptenfione aut deriuatione ex deo deus est. sed ex virtute nature in naturam eandem natiuitate subsistit fili. & ex virtute nature in naturā eandē pcessione subsistit spū sanctus

Responso.

Hylarius.

Exponit verba Hylarij.

### Quod ita intelligi

potest. Ex patre q; est virtus ingenerata: naturam quam habet eandem filius natiuitate id est nascendo. & spū sanctus processione id est procedendo habet. Unde ipse idem apertius eloquens quod dixerat apit dicens Natiuitas inquit dei non potest non eam de qua profecta est tenere naturā. Nō enim aliud q; deus subsistit quod non aliunde q; de deo subsistit. Ecce his verbis aperitur quomodo intelligendum sit illud De patre generatio prestat essentiam filio & de vtroq; processio prestat essentiam spiritus sancto. Non quia ille essentia sit filius & ista essentia sit spiritus sanctus. immo proprietate personalit: sed quia & ille nascendo & iste procedendo essentiam habet eandem & totam que in patre est.

Quod spiritus sanctus dicitur donum & donatū fm duos predictos modos processiois.

### Ex predictis patet

q; spiritus sanctus sempiternus donum est: &

temporaliter datum vel donatum. Ex quo apparet illa & distinctio gemine processiois de qua supra egimus Nam fm alterā processioem dicitur donatum vt datum. fm alteram vero dicitur donum.

Scdm hoc q; donum est refert ad patrem & filium. fm q; datum ad eum qui dedit & ad eos quibus dedit.

### Et secundū hoc qd

sempiternus donum est: refertur ad patrem & filium: fm h3 vō q; dicit datum vel donatum: & ad eum q; dedit. refert. & ad eos quibus datur & ei dicit esse q; dat. & illoz quibus datur Unde Aug. in. v. li. de tri. ait. Qd datum est: & ad eum q; dedit refert. & ad eos quibus dedit. Itaq; spū sanctus nō tm patris & filij q; dederunt. sed etiam noster dicit qui accepimus. Spūs ergo & dei est q; dedit: & nō q; accepimus. ille spūs noster quo sumus: q; ipse est spūs hois qui in ipso est: quō & illum spūm qui hominis dicit vtq; accepimus. sed aliter iste: aliter ille noster dicit.

Augusti.

Ad alie spūs factus dicit nō alie naturalis

Aliud est em quod accepimus vt essemus aliud quod accepimus vt sancti essemus: Quod aut spū sanctus noster dicit: scriptura ostendit. Scriptum est em de Johanne q; in spū hēlye veniret. Ecce dictus est hēlye spūs quem accepit hēlyas. s. spū sanctus. Et Moyse ait dominus Tollam de spiritu tuo. & dabo eis. id est dabo illis de spū sancto quē iam dedi tibi Ecce & hic dicitur est spiritus Moyse. Idem igitur: q; spiritus sanctus noster dicitur spiritus. sed quia nobis datus & datus vtq; ad hoc vt sancti essemus. Spiritus vero creatus ad hoc est datus vt essemus.

An fili cū sit nobis dat? possz dici noster vt spiritus sanctus.

### Hic querit vtrum

& filius cū sit nobis datus dicat vel possit dici noster? Ad hoc qd dicim? q; fili dicitur noster panis noster redemptor: & hōis sed nō dicitur noster filius. quia filius dicitur tm relatiue ad eum qui genuit Et tō nō filius nō potest dici: s; patris tm. In eo aut q; dicitur datus. & ad eum qui dedit: et ad eos quibus datus est refert. vt spū sanctus qui etiam cum in scriptura (vt supra dictū est) dicat spūs noster: vel spūs tuus: vel illius. vt de Moyse & hēlyas dictus est. nisi q; tm in scriptura occurrit ita dici. spū sanctus noster vel tuus vel illius: sed spiritus

Ad nō s; spiritus factus nō sed spūs nō.



noster: vel tuus: vel illi: quia spiritus sanctus eo dicitur quo donum: et utrumque relatione dicitur ad patrem et ad filium et hoc sempiterna relatione. Si tamen aliquando dicitur donum nostrum. accipitur donum pro donato vel dato. Cum vero donum accipitur eo modo quo spiritus sanctus donum patris et filii dicitur: non hominis. Ita et filius sub hac appellatione non potest dici noster ut dicatur filius noster. sicut nec dicitur spiritus sanctus noster. et tamen de filio dicitur panis noster. et de spiritu spiritus noster. Ille noster panis: quia nos reficit nobis datus. iste noster spiritus quia nobis inspiratur a patre et filio. et in nobis spirat sicut vult.

Augusti

Unde Augusti. in. xv. lib. de trinitate. ait. Quod de patre natum est: ad patrem solum refertur cum dicitur filius. Et ideo filius patris est. et non noster. Dicimus tamen et panem nostrum da nobis: sicut dicimus spiritum nostrum.

Utrum spiritus sanctus ad seipsum referatur.

**P**ost hec queritur utrum spiritus sanctus ad seipsum referatur: hoc enim videtur ex predictis posse probari. Si enim quod datur: refertur ad eum qui dat et ad eum cui datur. et spiritus sanctus datur a seipso. ut predictum est. ergo refertur ad seipsum. Huius questionis determinationem in posterum differimus donec tractemus de his que relative dicuntur de deo ex tempore: in quibus datum et donatum continentur.

**I**sta est distinctio decimo octava in qua magister postquam tractavit de processione spiritus sancti tam visibili quam invisibili. agit de proprietate secundum quam convenit spiritus sancto ipsi se procedere. scilicet de proprietate doni. Et circa hoc tria facit. Nam primo ostendit quod spiritus sanctus donum et datum dicitur. Secundo subdit unde ipsum donum esse singulariter sumat. Tertio excludit quod secundum rationes doni et dati diversimode referatur. Primum facit a principio distinctionis usque ibi. Et notandum. Secundum ab inde usque ibi. Et secundum hoc quod sempiternum. Tertium ab inde usque ad finem distinctionis. Et hoc in generali. In speciali sententia magistri stat in tribus propositionibus quarum prima est. Spiritus sanctus dicitur donum ex sua eterna processione. et datum ex temporali. Et probatur sic. Illud proprie de spiritu sancto dicitur ex eterna processione quod sibi convenit ante omnem creaturam et illud ex temporali quod cognorat vel coegit creaturarum existentiam. sed esse donum convenit sibi ante omnium creaturarum essentiam. igitur pars conclusionis probande vera. Ista ratione inuestigat magister in textu quodredo. An spiritus sanctus eadem ratione dicatur donum et datum. Et arguit quod sic: quod donum et datum sunt eiusdem rationis eo quod utrumque eorum dicitur a datione. Et respondet magister quod spiritus sanctus alia ratione dicitur donum. et alia ratione dicitur datum. Nam dicitur donum. eo quod ab eterno fuit donabilis nobis: qui futurum eramus in tem-

Hec questio non soluta hic. sed differtur in sequentia.

poro. Et dicitur datum seu datum ab actuali datione eo quod temporaliter nobis datur. Ex istis movetur dubium. Quare etiam filius non dicatur donum vel datum: cum etiam ab eterno processit ut donabilis nobis. quod patet ex hoc quod temporaliter datus est nobis. Iuxta illud. Etia. filius datus est nobis. Ad quod respondet. Licet filius temporaliter et eternaliter processit ut donabilis nobis. non tamen dicitur donum quia filius non solum procedit ut donabilis. sed etiam ut genitus. Spiritus vero sanctus procedit ut donabilis: et non ut genitus. Secunda propositio est hec. Non ex quacumque processione habet spiritus sanctus quod proprie dicitur donum: sed solum a processione eterna qua proprie procedit a patre et filio. Et probatur sic. Sicut filius se habet ad naturam. ita et spiritus sanctus habet se ad processionem scilicet filius eternaliter nascendo a patre et filio. igitur spiritus sanctus accepit eternaliter procedendo a patre et filio quod sit spiritus sanctus. Cum igitur spiritus sanctus ex inde habeat quod sit donum unde habet quod sit spiritus sanctus hoc non habet ex quacumque processione: sed tamen de processione eterna: qua processit a patre et filio. igitur ex eodem habet quod sit donum. Tertia propositio est hec. Spiritus sanctus secundum quod datum est possessive refertur tam ad patrem quam ad filium quam etiam ad nos. et sicut dicitur spiritus sanctus patris et filii: sic etiam dicitur spiritus sanctus noster. Hanc propositionem probat magister in. ix. c. huius distinctionis sic dicit. Quod spiritus sanctus secundum hoc quod sempiternum donum est refertur ad patrem et filium. secundum hoc vero quod dicitur datum vel datum refertur ad eos qui dedit. et ad eos quibus datur. Hec confirmat magister auctoritate beati Augusti. lib. de tri. que patent in textu. igitur. et c.

Hic de qualitate trium personarum.

**H**inc postquam

DI. XIX

coeternitate trium personarum pro modulo facultatis nostre insinuavimus. Jam de earundem equalitate aliquid eloqui superest. Fides enim catholica sicut coeternas: ita et coaequales tres personas asserit. Equalis est enim in omnibus patri filio. et patri et filio spiritus sanctus. Quia ut ait Augusti. in lib. de fide ad peritum. breuiter aperiens quomodo intelligatur equalitas docet. Nullus horum alius aut procedit eternitate. aut excedit magnitudine. aut superat potestate. quia nec filio nec spiritu sancto quantum ad naturam diuinitatis unitatem pertinet: aut anterior: aut maior est pater filio: nec filius spiritu sancto. Eternum quippe et sine initio est: quod filio de natura patris extitit: et eternum ac sine initio est: quod spiritus sanctus de natura patris filiique procedit. Ob hoc ergo tres unum recte credimus et dicimus deum: quia una prorsus eternitas: una immensitas: una naturaliter est trium personarum diuinitas. Ecce breuiter assignauit Augusti. in quo trium personarum consistat equalitas. scilicet quod alia aliam non excellit: aut eternitate: aut magnitudine: aut potestate.



Q̄ternitas ⁊ magnitudo ⁊ potestas in deo sunt vnum. licet ponatur quasi diuersa.

**L**ūq̄ enumerent̄

ista quasi diuersa. in deo tamen vnū ⁊ idē sunt. scilicet essentia diuina simplex ⁊ incōmutabilis. **Uñ Aug.** in. vii. li. de tri. Non alio magnus alio deus est. sed eo magnus quo deus. q̄ nō ē illi aliud magnū eē aliud deū esse. Eadem quippe eius magnitudo ē que virtus ⁊ eadem essentia que magnitudo.

**Augusti.**

Q̄ magnitudo est dei essentia.  
Q̄ potentia dei deus est.

Q̄ternitas dei deus est.

Supra egit de eternitate

**P**ater ḡ ⁊ filius sūt vna essentia ⁊ vna magnitudo. Ita etiam ⁊ potentia dei ⁊ essentia diuina est. **Uñ Aug.** in. vii. li. cōfess. Volūtas ⁊ potētia dei deus ipse est. Eternitas quoq̄ dei essentia diuina est. Quod **Aug.** ostendit super illū locū psal. In generatione ⁊ generationē anni tui. Est generatio generationū que nō trāsit collecta de oibus generatiōibus. i. sancti. In illa erūt anni dei qui non transeunt. i. eternitas dei Non enī sunt aliud anni dei. aliud ipse. sed anni dei eternitas dei ē. Eternitas nō ipsa dei suba est nihil habēs mutabile. Inconculse ergo teneam⁹ q̄ vnū ⁊ idē est. scilicet essentia diuina. dei eternitas. potētia. magnitudo. ⁊ tñ consueuit scriptura hec ⁊ his similia quasi distincte ponere. In his ergo verbis triū personarū equalitatē breuiter complexus est **Aug.** q̄ alius alium nec eternitate. nec magnitudine nec potētia superat

Q̄ aut̄ eternitate aliqua triū personarū aliā non excedat supra ostensū est vbi cōternitas triū personarū insinuata est.

**H**ic de magnitudine q̄ ea aliqua personarū aliā non excedit.

**N**unc igitur super est ostendere q̄ magnitudine vel potentia alius alium nō excedat. ⁊ prius de magnitudine videamus.

Q̄ non est maior vna persona aliā nec mai⁹ aliquid due q̄ vna. nec tres vel due q̄ vna.

**S**ciendū est ergo

q̄ pater nō est maior filio. nec pater vī fili⁹ maior spūsc̄to. nec maius aliqd̄ due p̄sone simul sunt q̄ vna. nec tres sūt maius aliqd̄ q̄ due. nec maior est essentia in tribus q̄ i duabus. nec in duabus q̄ in vna. q̄ tota ē in singulis. **Uñ Jōh. Damas.** ait. Confitemur deitatis naturam omnem p̄fecte esse i

**Jō. dam.**

singula suarū hypostaseon. i. personarū omnem in patre. omnē in filio omnē in spūsc̄to. Ideo q̄ p̄fectus deus pater. p̄fect⁹ deus filius. p̄fectus deus spūsc̄tus. Quō dicit̄ esse de⁹ pater in filio ⁊ fili⁹ in p̄re. ⁊ spūsc̄to in vtroq̄ ⁊ singulus in singulis.

**E**t inde ē qd̄ pater

dicit̄ esse in filio. ⁊ fili⁹ in patre. ⁊ spūsc̄tus in vtroq̄. ⁊ singulus in singul. **Uñ Aug.** in li. de fide ad petrū. Propter vnitatē naturalē totus pater in filio ⁊ spūsc̄to ē: totus q̄ spūsc̄tus in patre ⁊ filio est. Nullus horū extra quēlibet ipsoꝝ est p̄pter diuine nature vnitatē. Ecce hic aperit aliq̄te nus. Non enī plene potest tñ ab homine serari archanū. ex qua intelligentia dicat̄ singula personarū tota esse in alijs. **Uñ etiam Hylarius** ista interius p̄quirens in li. iiii. de trini. ait. Affert plerisq̄ obscuritatem sermo dñi cum dicit. Ego in p̄re: ⁊ pater in me est: nec immerito. Natura enī intelligentie humane rationē dicti hui⁹ non capit. nec exemplū aliqd̄ rebus diuinis cōparatio hūana p̄stabit. Sed qd̄ nō intelligibile est hōi: deo possibile est. Lognoscedum itaq̄ atq̄ intelligendū est qd̄ sit illud

**Augusti.**

**Hylarius.**

Ego in patre: ⁊ pater in me est. Si tñ comprehendere hoc ita vt est valebimus. vt qd̄ natura rerum pati non posse estimatur: id diuine veritatis ratio consequat̄. **P**ater ergo in filio: ⁊ fili⁹ in patre esse. plenitudo in vtroq̄ diuinitatis p̄fecta est. quia plenitudo diuinitatis in filio: qd̄ in p̄re est: ⁊ in filio est. qd̄ in ingenito est: hoc in genito. alter ab altero. ⁊ vterq̄ vnū. **Jō. s.** qui est nihil habens qd̄ nō sit etiā in eo a q̄ est: non duo vnus: sed alius i alio. q̄ nō aliud in vtroq̄: vt vnus sint in fide nostra: vterq̄ q̄ nō vnus: nec eundem vtrūq̄: nec aliud confitemur. q̄ deum ex deo natū. nec eū / dem natiuitas: nec aliud esse p̄mittit **Sanctus** ergo in vtroq̄ ⁊ virtutis similitudinē ⁊ deitatis plenitudinē cōfitemur. q̄ veritas dicit. Ego in p̄re: ⁊ p̄ in me est. Omnia enī filius accepit a patre. **N**ā si p̄tem eius. dem q̄ genuit accepit. neuter ergo p̄fect⁹ est. deest enī ei vnd̄ decessit. nec plenitudo in eo erit q̄ ex portione confiterit **Neuter** ergo p̄fectus est: si plenitudinem suam ⁊ q̄ genuit amittit. nec qui natus est consequitur. Fateamur ergo q̄ p̄ est i filio. ⁊ fili⁹ i patre: ⁊ deus in deo. vt idem **Hylari⁹** ait



Thylarius.  
Dec verba di  
ligent ante de.

vij. li. de trini. Non p duplicē puententiū  
generū punctionem. nec p insitiuam capa  
tioris sbe naturā s p nature vnitam simili  
tudinem: p natiuitatem viuentis ex viuē /  
te natura dū res non differt. dū naturā dei  
non degenerat natiuitas. dū nō aliō aliqd  
ex deo q̄ deus nascit dū nihil in his nouū  
ē nihil alienū. nihil sepabile. Ecce his ver  
bis put humana pmitit infirmitas: aperi  
tur ex quo sensu xps dixerit se esse in patre  
z patrem in se: Ex eodē etiā sensu intelli  
tur spūsanct⁹ esse in vtroq; z singula per  
sonaz in singulis. q. s. in singulis est eadē  
plenitudo diuinitatis. et vnita similitudo  
nature. qz nō est maior diuina natura i ali  
qua harū psonaz. sed vnus z indifferētis  
nature sunt he tres pfone. Ideoq; altera i  
altera esse d: vt p̄dictū est. Unde Ambro.  
p̄dictorū pborum sniam nobis aplens su  
per eplam. ij. ad Thōr. ait. p̄ter h̄ intelli  
tur pater esse in filio. z filius in p̄re. qz vna  
est eorū sba. Ibi enī est vnitas: vbi nllā di  
uersitas. Ecce tribus illustriū virorū testi  
monijs. s. Aug. Thylarij Amb. in idem cō  
currentib⁹ reuelatiōe spūsancti i eis loq̄n  
tis: pie credere volētib⁹ ostendit. tñ q̄si p  
speculū z in enigmate: qualit̄ accipienduz  
sit cum dicitur: pater in filio esse: vel filius  
in patre: vel spiritus sanctus in vtroq;.

Ambrosi⁹.

Ad id qd̄ ceperat redit. s. vt osten  
dat q magnitudine ali⁹ alium nō  
superat.

**Sed iam nunc ad**

ppositum redeamus: ceptoq; insistamus  
ostendentes q magnitudine nulla triū per  
sonarū alia superat: quia nulla maior alijs  
nec maius aliquid sunt due q̄ vna nec tres  
q̄ due: nec maior deus q̄ singuli horum.  
quia singulus horum perfectus est. nec est  
quo crescat illa perfectio.

Q nulla personarum pars est i tri  
nitate.

**Nec ē aliqua triuz**

psonarum ps dei vel diuine essentie. quia  
singula harū verus z plenus deus est z to  
ta z plena diuina essentia est. et ideo nulla  
istarū in trinitate ps est. Vñ Aug. in li. ij.  
cōtra Maximinū hereticū sic ait. Putas  
deum patrē cū filio z spūsancto vnū deum  
esse nō posse. times enī ne pat̄ sit ps vnus  
dei: q̄ p̄stet ex tribus. Noli h̄ timere. Nul

Augusti.

la enī sit partū in deitatis vnitate diuisio:  
vn⁹ est de⁹ pater z filius z spūsanct⁹. i. ipa  
trinitas vnus est deus. Ergo inquis deus  
pater est pars dei: absit. Tres enī persone  
sunt pater z filius z spūsanctus. et hi tres  
qz vnus substātie sunt: vnum sunt. z sum  
me vnum sunt: vbi nulla naturarū: nulla ē  
diuersitas volūtati. Si enim natura vnū  
essent: z consensione nō essent: non summe  
vnum essent Si p̄o natura dispares essent  
nō summe vnū essent. Ibi q̄ tres qz vnū sūt  
pp̄ ineffabile punctionē deitatis q̄ inef  
fabiliter copulant vnus de⁹ est. Pars er  
go trinitatis esse nō pōt q̄cumq; vn⁹ est in  
tribus. Itē trinitate q̄ deus est z pater  
deus est: z filius deus est: z spūsanct⁹ de⁹  
est: z simul hi tres vn⁹ de⁹. Nec hui⁹ trini  
tatis tertia pars est vnus. nec maius ali  
qd̄ duo q̄ vnus est ibi: nec maius aliquid  
sunt omnes q̄ singuli. qz spūalis non cor  
poralis ē magnitudo Qui pōt capere capi  
at: qui autē nō pōt: credat. z oret vt quod  
credit: intelligat. Verū est enī qd̄ p̄ p̄phe  
tam dicit. Nisi credideritis: non intelli  
gatis. Ibis v̄bis apte ostendit indifferentem  
magnitudinē triū psonarum. Item in co  
dem. Tu nēpe dixisti vnū deū nō ex p  
tibus est compositū. z hoc de p̄re tñ: vis  
intelligi. Ille inq; virtus est ingenta sim  
plex. z tñ in hac simplici vtute multa vide  
ris cōmemorare cū dicitis. De⁹ deū genuit  
bonus bonū genuit. sapiens sapientem cle  
mens clementē. potens potentē. Nūqd̄ er  
go bonitas z sapientia z clemētia z poten  
tia partes sunt vnus vtutis quam simpli  
cem esse dixisti: Si dixeris ptes sunt. Sim  
plex q̄ virtus ex p̄tibus p̄stet. Et simplex  
ista virtus te diffiniēte vnus est de⁹ ei go  
deū ex p̄tibus cōpositū esse dicitis. Nō di  
co inquis: nō sunt ptes. Si q̄ in vna perso  
na patris z illa inuenis que plura vident  
z ptes nō inuenieris. qz vna vtus simplex  
est. Quanto magis pat̄ z filius z spūsan  
ct⁹. z pp̄ indiuiduā deitātē vn⁹ de⁹ z pp̄  
vnus cuiusq; p̄petatē tres psonae sunt. z p  
pter singulorū p̄fectionē ptes vni⁹ dei n̄ sūt  
Virt⁹ ē p̄r. vtus ē fili⁹. vtus ē spūsanct⁹.  
hoc v̄z dicitis. S; qz vtutē de vtute genī  
tā z vtutē de vtute p̄cedentē: nō vis eadē  
habere naturā: hoc falsum dicitis. hoc p̄tra  
fidem rectam z catholicā dicitis. Ibis v̄bis  
apte docet. qz tres psonae ille nō sunt ptes  
dei vel diuine essentie. Nulla qz illarū tri  
nitatis ps dicēda est. nec vna maior alijs.

Argumenta  
tio Augusti  
ni cōtra here  
ticos qua ostē  
t it patres z fi  
lius z spūsan  
ctū nō ē p̄f  
in trinitate.



Cū dicim<sup>9</sup> tres psonas esse vnam  
essentiā: nec vt gen<sup>9</sup> de spēs<sup>9</sup>: nec  
vt speciem de indiuiduis predica-  
mus: qz non est essentia gen<sup>9</sup> et p-  
sona species: vel essentia species et  
psona indiuidua. h

### Hic aduiciendū est

q̄ tāta est equalitas triū psonarum atq; in  
differēs magnitudo: q; cum dicam<sup>9</sup> tres p-  
sonas vnam esse essentiā vel substantiā: ne-  
q; vt genus de speciebus: neq; vt speciem  
de indiuiduis pdicamus. Nō em̄ essentia  
diuina gen<sup>9</sup> est: et tres psonae species: vt es-  
sentia diuina species: et tres psonae indiui-  
dua. Ad Aug<sup>9</sup>. ratiōibus pbabilib<sup>9</sup> atq;  
irrefragilibus aperte demonstrat in lib.  
vij. de tri. dicēs. Si essentia gen<sup>9</sup> est: speci-  
es autē psona: vt nōnulli sentiunt: oportet  
appellari tres substantias: vt appellant<sup>9</sup> tres  
psonae. Sicut cū sit aīal gen<sup>9</sup> et equus speci-  
es: appellant<sup>9</sup> tres equi idēq; tria animalia  
Nō em̄ ibi species pluralit<sup>9</sup> dicit<sup>9</sup>: et gen<sup>9</sup>  
singularit<sup>9</sup>: vt si diceret<sup>9</sup>: tres equi sūt vnū  
animal: sed sicut tres equi speciali nomine  
ita tria animalia nomine generali dicunt<sup>9</sup>:  
Cum ergo tres psonas vnaz fateamur esse  
essentiā: non tres essentias: cuz tres equi  
tria animalia dicant<sup>9</sup>: non vnū. Patet no-  
mine essentiae non significari genus: nec no-  
mine psonae speciem.

Hic pbat q̄ non dicit<sup>9</sup> vt species  
de indiuiduis. i

**Si vero dicūt no-**  
mine psonae nō spēm significari: s; aliqd sin-  
gulare atq; indiuiduuz: et noie essentiae spe-  
cie intelligi: vt psona non dicat<sup>9</sup> sicut hō: s;  
quō dicit<sup>9</sup> hic hō: velut Abraaz Isaac Ja-  
cob: vel quis alius q̄ etiam digito p̄ns de-  
monstrari possit. Sic quoq; illos eadē ra-  
tio confutabit. Sicut em̄ dicunt<sup>9</sup> Abraam  
Isaac Jacob tria indiuidua: ita tres homi-  
nes et tria animalia. Cur ergo pater et fili<sup>9</sup>  
et spūs sanctus. s. si fm̄ genus et species et in-  
diuiduū ista differimus: non ita dicuntur  
tres essentiae vt tres psonae.

 bratur. Et secundum hos tropos diuersae volun-  
 tates dei dicuntur quia diuersa sunt illa que  
 per tropum voluntas dei dicuntur.

Ubi voluntas dei pro precepto et  
 consilio accipitur.

**Pro precepto dei at-**

que consilio potest accipi voluntas: vt ibi. Fiat  
 voluntas tua sicut in celo et in terra. Et alibi  
 bi. Qui facit voluntate patris mei qui in ce-  
 lis est: ipse frater meus et soror et mater est.  
 Et contra hanc voluntate multa sunt. Vnde  
 de Augustino in libro de spiritu et littera. Infide-  
 les inquit contra voluntate dei faciunt: cum

Augusti.



eius euangelio non credunt. Quod deus non vult ab hominibus fieri omnia que precepit, vel non fieri que prohibet.

**Et si illa tria dicuntur**

dei voluntas ideo quia signa sunt diuine voluntatis: non est tamen intelligendum deus omne illud fieri velle quod cuiusque precepit: vel non fieri quod prohibuit. Precepit enim abrahe immolare filium: nec tamen voluit: nec ideo precepit ut id fieret: sed ut abrahe probaretur fides. Et in euangelio precepit sanato ne cui diceret: ille autem predicauit vbiusque intelligens deum non ideo prohibuisse quin vellet opus suum predicari: sed ut daret formam homini laudis humanam declinandi.

**De permissione et operatione vbi dicuntur dei voluntas.**

**De permissione quoque**

dei et operatio voluntas dei appellatur, qualiter accipit Aug in ench. dicens. Non fit aliquid nisi omnipotens fieri velit, vel sinendo ut fiat: vel ipse faciendo. Nec dubitandum est deum facere bene: etiam sinendo fieri que cuiusque sunt male, non enim hec nisi iusto iudicio dei fiunt: et profecto bonum est omne quod iustum est. Ecce hic manes habemus dei voluntatem appellari ipsius operationem vel permissionem cum dicit non fieri aliquid nisi omnipotens fieri velit: vbi includit et bona et mala omnia que fiunt. Sed apte distinguit quod deum velle dixerit ne eadem ratione intelligatur ut fiat: hoc quantum ad mala dicit: vel ipse faciendo hoc quantum ad bona. Mala enim sinit fieri: sed non facit, bona vero ipse facit. Ideoque dixit eum velle: quia et volens mala sinit: et volens bona operatur: et ob hoc permissione et operatio voluntas dei dicuntur.

Quinque supra sunt proposita que dicuntur secundum tropum, et ideo distinguit lector vbiusque pro quo eorum accipiamur voluntas.

**Quinque ergo supra**

posita sunt que dicuntur secundum tropum dei voluntas: quia signa sunt diuine voluntatis que vna est inmutabilis, scilicet dei beneplacitum. Ideoque diligenter distinguit lector vbi de voluntate dei scriptura commemorat iuxta quem modum accipi oporteat, scilicet per beneplacitum dei, an per aliquo signorum eius. Magna enim est ad

hibenda discretio in cognitione diuine voluntatis, quia et beneplacitum dei et voluntas eius: et signum beneplaciti eius dicitur voluntas eius. Sed beneplacitum eius eternum est signum vero beneplaciti non. Et consonat rerum effectibus beneplacitum ipsius: et ipsi effectus rerum ab illo non discordant. Fit enim omne quod beneplacito vult fieri: et omne quod non vult fieri: nequaquam fit. Non ita autem est de signis, quia precepit deus multis ea que non faciunt: et prohibet que non cauent, et consulit que non implent.

**Ista est distinctio, xlv, huius primi libri.** In qua magister postquam egit de scientia dei et de eius potentia, incipit agere de eius voluntate. Et circa hoc tria facit. Nam primo ostendit quid sit voluntas dei. Secundo quid possit. Tertio quot modis accipitur. Primum facit a principio distinctionis versus ibi. Dis itaque summe. Secundo ab inde versus ibi. Dicit non est permittendum. Tertium versus ad finem distinctionis. Et tamen in generali. In speciali sententia magistri stat in tribus propositionibus quarum prima est hec. Quod voluntas dei sit idem quod deus vel diuina essentia, non tamen est illa que sibi, id est, voluntati subditur. Hanc probans magister proponit quod voluntas sit idem quod diuina essentia realiter: et differens ab ipsa solum ratione sicut et scientia propter quam diuersitate aliqua attribuuntur voluntati dei que non attribuuntur essentie vnde dicitur. Deus vult omnia non tamen potest dici. deus est omnia non obstante idempnitate voluntatis et essentie. Secunda propositio est hec. Non est querenda causa voluntatis diuine cum ipse sit causa omnium que producantur in tempore. Hanc probans magister dicit quod voluntatis dei causa querenda non est, quia sic ipsa non esset causa prima et haberet aliquid maius se, quod est falsum, sed ipsa est causa vniuersalis omnium non solum que fiunt secundum cursum nature sed etiam mirabiliter.

Tertia propositio est hec. Quod voluntas dei beneplaciti in se sit nisi tamen tamen voluntas signi per quinque signa distinguit. Hanc magister probans dicit quod voluntas dei multipliciter nominatur. Aliquam accipit proprie secundum quod est ipsa diuina essentia. Aliquam vero accipit per precepto, per prohibitionem, consilio, permissione et operatione voluntatis diuine, que omnia dicuntur voluntates dei, id est, quia sunt signa voluntatis dei, non autem sunt ita signa quod deum vult homini omnia fieri, sed quia ad modum voluntatis se habent. Et subdit quod prima voluntas est voluntas beneplaciti. Alie voluntates dicuntur voluntates signi. Et differunt in hoc, quia voluntas beneplaciti est eterna relique vero sunt temporales. Et voluntas beneplaciti semper implentur. Alie vero non. Et tamen de sententia huius distinctionis in speciali.

Illis sententie qua dicitur esse dei voluntatem non posse cassari que ipse est que dam vident obuiare.

**Incipitur que**

stio. Dicitur enim in superioribus et autoritatis communiter quod voluntas dei que ipse est: vocaturque beneplacitum eius cassari non potest: quia illa voluntas a se se est cuiusque voluntas in celo et in terra, cui teste apostolo nihil resistit. Queritur ergo quod accipiendum sit quod apostolus

DI. XLVI



de dño ait. Qui vult oēs homines saluos fieri. Cū enī nō oēs salui fiant: sed damnantur videt̃ vtiq; nō fieri qđ deus vult fieri. hūana. s. volūtate ipediētē voluntatē dei Dñs qđ in euāgelio impiā ciuitatē cōpel / lās. Quoties inquit volui congregare filios tuos sicut gallina congregat pullos suos sub alis et noluiſti. Ita hec dicunt tāq; dei volūtās supata sit hoīm volūtate: et infirmissimi mus nolēdo ipediētib;: si potuerit facē potentissimus qđ volebat. Ubi est ergo illa oīpotentia: qua in celo et in terra s̃m prophētā: oīa quecūq; voluit fecit et quō volūtati ei? s̃m apl̃n nihil resistit: si colligere filios hierusalē voluit et nō fecit. hec enim p̃dictis plurimū obuiare videntur.

Solutio quō intelligēdū sit illud volui congregare et noluiſti. **b**

**Sed audiamus solutionē:** ac primū quō accipiendū sit illud

qđ dñs ait: videamus. Nō enī ex eo sensu illud dictū est: vt ait Aug. in ench. p̃dictā q̃stionē soluēs: q̃si dñs voluerit congregare filios hierusalē: et nō sit factū qđ voluit qz ip̃a noluerit: s̃ pot̃ ip̃a quidē filios suos ab ip̃o colligi voluit: q̃ tñ nolēte filios ei? collegit: ip̃e oēs q̃s voluit: qz celo et in terra nō qđā voluit et fecit: qđā x̃o voluit et non fecit: s̃ oīa quecūq; voluit fecit. vt sit sensus Quoties volui congregare filios tuos et noluiſti. i. quotq̃ congregaui mea volūtate sp̃ efficacī: tenolēte feci. Ecce i cui dēti positū ē qđ illa dñi x̃ba supiorib; non repugnāt. Quō intelligēdū sit illud. qđ vult oēs hoīes saluos fieri. **c**

**Nūc videre restat**

quō etiā p̃missa x̃ba apl̃ p̃dictis nō tradī cār: qđ de deo loquēs ait: vult omēs hoīes saluos fieri. Quoz occasione x̃boꝝ multi a ṽitate deuiauerūt dicētes deū mlt̃a vel / le fieri qđ nō sunt. S̃z nō est intelligēdū ea rōne illud esse dictū q̃si de? veller aliq̃s saluari et nō saluent. Quis enī tā impie desi / piat: vt dicat deū malas hoīm voluntates q̃s voluerit et qñ voluerit et vbi voluerit i bonū nō posse p̃uere. Nō est vtiq; verū qđ in ps̃. d̃r. Quēcūq; voluit fecit: si aliq̃ voluit et nō fecit: et qđ ē indignū? ideo nō fecit qm̃ ne fieret quod volebat oīpotens: volūtas hoīs impediuit. Ideoq; cū audimus et in sacris l̃r̃ is legimus qđ velit oēs hoīes saluos fieri: nō tñ ideo debem; oīpotētissi-

me dei volūtati aliquid derogare: sed ita intelligere qđ scriptū est. Vult oēs hoīes saluos fieri: tanq; diceret nullū hoīez fieri saluum nisi quē saluū fieri ip̃e voluerit: nō qđ nullus sit hoīm nisi quē saluū fieri velit: s̃ qđ null? fiat salu? nisi quē velit saluari: et iō rogādus ē vt velit: qz necesse est fieri si voluerit. Nō est enī credēdus oīpotēs aliqd voluisse fieri qđ factū nō sit. Sic etiā intelligit̃ illud. Illuminat oēm hoīem veniētē in hūc mundū: nō qz nullus hoīm est qđ nō illuminet̃ s̃ qz nisi ab ip̃o nullus illuminat̃. P̃d̃t et alio mō illud intelligi: dū tñ crede / re nō cogamur oīpotētē aliqd fieri voluisse: factūq; nō esse: qui sine vllis ambiguitatib; sicut in celo et in terra: sicut ṽitas can / tat oīa quecūq; voluit fecit: p̃fecto facere nō voluit quecūq; non fecit. Ex his apte ostēdit̃ qđ de? ea volūtate qđ ip̃e est nō vult aliqd fieri qđ nō fiat: neq; nō fieri qđ fiat.

Utrum mala dei voluntate fiant an eo nolente. **d**

**Ideoq; cū constet**

omnia bona que fiunt eius fieri voluntate que fieri nollet nullaten? fierent: recte queri solet. Utrū et mala oīa que fiunt. i. peccata dei fiant voluntate: an nolēte eo fiat? Super h̃ diuersi varia sentiētēs sibi p̃tradice / re inueniunt. Alij enī dicūt qđ de? vult mala esse ṽ fieri: nō tñ vult mala Alij vero qđ nec vult mala esse nec fieri: in h̃ tñ conueniunt et h̃i et illi: qđ vtiq; fatent̃ deuz mala nō velle. Utriq; x̃o rationib; et autoritatib; innitunt ad muniendā suā assertionem.

Quare dicunt quidā deum velle mala esse vel fieri. **e**

**Qui enim dicūt de**

um mala velle esse vel fieri: suam hīs mōis muniūt intētionē. Si enī inquit mala nō esse vel non fieri veller: nullo mō essent vel fierēt: qz si vult ea nō esse vel nō fieri: et non pōt id efficere sc̃z vt nō sint vel nō fiant: volūtati ei? et potētē aliqd resistit: et nō ē oī / potēs: qz nō pōt oē qđ vult s̃ ipotēs ē sicuti et nos sum; qđ qđ volum; qñq; nō valem; sed quia oīpotēs est et in nullo impotēs certū est nō posse fieri mala vel esse: nisi eo volente. Quō enī innito eo et nolēte posset ab aliquo malum fieri: cū scriptū sit: volūtati ei? quis resistet? Supra etiā dixit Augustin;: qz necesse est fieri si voluerit. Sed vult mala fieri aut nō fieri Si vult nō fieri

Quō Intelli / gitor illud Ill / uminat oēm / hoīem veniē / tem etc.

Aug. in ench

Que sup hoc / a diuersis di / cunt.

Alij dicūt de / um velle ma / la eē vel fieri / alij non.

Prima ratio / illoꝝ qđ dicunt / deū velle ma / la fieri.

Sc̃d̃a ratio.

Tert̃a ratio.



nō sunt: sunt aut: vult ergo fieri. Itē bonū est mala esse vel fieri. alioqn summe bonus nō pmitteret ea fieri. Unde Aug. in ench. Quāuis ea inquit q̄ mala sunt in q̄tū mala sunt non sunt bona: tñ vt non solū bona s̄ etiā sint ⁊ mala bonū est. Hāz nisi esset b̄ bonū. vt essent ⁊ mala. nullo mō esse sinerē tur ab oipotēti bono. cui p̄cudubio q̄ facile est quod vult facere. tā facile est quod nō vult esse nō sinere. Hec nisi credam⁹ p̄clitā n̄ra p̄fessio q̄ nos in p̄rem oipotētē credere cōstetur. Ecce hic apte habes q̄ bonū est mala esse. omnis aut boni de⁹ auctor est qui vult omne bonū esse quod est. Cū ergo bonū sit mala fieri vel esse. q̄ ⁊ mala vult fieri vel esse. Hic atq̄ alijs hmōi rationibus ⁊ autoritatib⁹ vtunt⁹ qui dicunt deum velle mala esse vel fieri.

Hic ponit rationes illorū qui dicunt dei voluntate non fieri mala vel non esse.

**Illivero qui dicūt**

dei volūtate mala nō fieri vel nō esse: inducitiōibus p̄missis ita rudent: dicētes deum nec velle mala fieri nec velle nō fieri v̄ nolē fieri: s̄ tñ nō velle fieri. Si em̄ vellet ea fieri vel esse: faceret vtiq̄ ea fieri vel esse. Et ita eēt auctor malorū. Hō ē aut auctor malorū: vt sanctorū p̄testant⁹ autoritates. non q̄ eius voluntate sunt mala. Item si nollet mala fieri vel vellet nō fieri: ⁊ tñ fierent. oipotēs non esset: cū eius volūtas humane voluntatis effectu impediret. Itē q̄ nō concedunt deū velle mala fieri: ne malorū auctor intelligat⁹: nec p̄cedūt eū velle mala nō fieri vel nolle fieri: ne ipotēs esse videat⁹ s̄ tñ dicūt eū non velle mala fieri vt nō auctor s̄ p̄missor malorū mōstrēf. Vñ ⁊ euāgelista vbi ostēdit deū auctore esse oim bonorū dicēs. Omnia p̄ ipm̄ facta sunt. Lōse/ quenter malorū auctore esse negat di. Et si ne ipō factū est nihil. i. pctm̄. Hō dixit per eū factū esse vel conolente ⁊ inuito. s̄ tñ sine eo. i. sine eius voluntate: q̄ non ei⁹ volūtate sit pctm̄ non q̄ deo volēte vel nolēte: s̄ non volēte sunt mala. Quia non subest dei volūtati vt malū fiat vel non fiat: s̄ vt fieri sinat: q̄ bonū est sinere mala fieri: ⁊ vtq̄ volens sinat non volēs mala: sed volens sinere vt ipsa fiāt. Quia nec mala sunt bona vel ea fieri vel esse bonum est.

Quō intelligendū sit illud Augustini mala fieri bonum est.

**Quodvero Augu**

stinus ait: Mala fieri bonū ē: nec sinerent mala ab oipotēti bono fieri. nisi b̄ esset bonū vt ea essent: ea rōne dictū esse asserūt: q̄ ex malis q̄ sunt deus bona elicit. nec ip̄e pmitteret ea fieri nisi de eis b̄n aliqd̄ faceret. Vñ Aug. in eodē lib. ench. apte indicans p̄dictorū v̄borū talē esse intelligētiā ait: Deus oipotēs cui rerū est summa potestas cū summe bon⁹ sit: nullo mō sineret aliqd̄ mali esse in opibus suis nisi vsq̄ adeo esset oipotēs ⁊ bonus: vt b̄n faceret etiā de malo. Itē in eodē. Melius iudicauit de⁹ de malis bona facē q̄ mala nlla pmittere. Ex b̄ itaq̄ sensu dictū est ac verū bonū est mala fieri. q̄ ex malis q̄ sunt: bonis (qui s̄m p̄positū vocati sunt sancti) accidit bonitas id est vtilitas. Talib⁹ em̄ (vt ait apostol⁹) in bonū coopant⁹ omnia etiā mala. quia eis profunt: que alijs facientibus obsunt. Vñ etiam aliqū in scriptura legitur malū appellari bonū. vt Hieronymus sup̄ Arcum. Malū inquit iude bonū fuit. s̄ nobis: nec si bonū est illi vel illi: inde sequit⁹ q̄ simpliciter bonū sit pp̄rie em̄ ac simpliciter bonū est quod in se ⁊ facienti bonum est.

**Quadripartita boni acceptio.**

**Est enī aliquid qd̄**

in se bonū est ⁊ cui fit: s̄ non ē bonū facienti vt cū subuenit paup̄i: s̄ non pp̄ter deū: et aliqd̄ boni in se ⁊ facienti: s̄ non ei cui fit: vt cū v̄itas pp̄ter deū alicui non obediētī p̄dicat⁹: ⁊ aliqd̄ in se ⁊ facienti ⁊ ei cui fit bonū vt cū v̄itas p̄dicat⁹ pp̄ter deū credēti. Vñ ap̄ls. Bon⁹ odor sumus deo: alijs odor v̄itē: alijs odor mortis. Est aut aliud qd̄ nec in se bonū est: ⁊ facienti nocet ⁊ dānat nisi peniteat vt malum: valet tamē ad aliquid. Et enim ait Augusti. in ench. A summe ⁊ eqliter ⁊ imutabiliter bona trinitate creata sūt omnia. nec summe nec equaliter: nec mutabiliter bona: s̄ tñ bona etiā singula. Si / mul̄ v̄o vniuersa valde bona. Quia ex omnib⁹ p̄stitit vniuersitatis ad mirabilis pulchritudo. In q̄ etiā illud qd̄ malū dicit b̄n ordinatū ⁊ loco suo positū: eminētī cōmēdat bona. vt magis placeant ⁊ laudabiliora sint dum comparantur malis.

Q̄ mala vniuersitati valēt ⁊ facientibus sua pp̄ria vel patientib⁹ aliena profint electis tantum.

Augusti. Confirmat illū sensus alia autoritate eiusdem.

Aug. i. ench

Quare nō sit verū deū velle mala fieri.

Hic queritur an sit verū deū velle non fieri mala vel nolle fieri.

Ad verū sit deū non velle mala fieri.

Q̄ nō deo volente vel nolente sit nō volente fiat mala.

f

g

sed in  
dies fa  
y fieri  
rit: nō  
i velle  
ari: rō  
ri si vo  
Es aliqd̄  
iā intel  
venitē  
est q̄ nō  
uminaf  
crede  
i volū  
nō v̄gna  
uas can  
cto facere  
bis apte  
est nō vult  
iq̄ fiat.  
te fiant  
stet  
oluntate  
ecce que  
i. pecca  
dicit: vñ  
p̄dico  
vult ma  
i vero q̄  
i conueni  
mala nō  
volutatib⁹  
ionem.  
m velle  
ut de  
am bis mōle  
quā mala nō  
nō essent vel  
nō fieri: non  
nō fiant: vñ  
rō: nō ē oī  
vōtes ē sic  
nō valem⁹  
io impotēs  
esse: nisi eo  
volētē possit  
vñ sit: volū  
tā dicit Au  
voluerit. Sed  
i vult nō fieri



**Hic patet quod ex ma**

lis quae sunt aliquid puenit bonum dum bona magis placet. et laudabiliora existunt. Ipsi etiam facientibus ex malis quae faciunt: interdum bona pueniunt si secundum oppositum vocati sunt scilicet. Talibus enim ut ait Augustinus in libro de correptione et gratia. versus ad eum de omnia cooperantur in bonum. ut si quae horum deuiant. et exorbitant: etiam hoc ipsum eis faciat proficere in bonum quod humiliores redeunt atque doctiores. ut Petrus. Illa etiam mala quae ab iniquis fideles percipiunt. ut ait Augustinus in libro de trinitate. ipsis vitiosum sunt: vel ad delenda peccata. vel ad exercenda probandaque iusticia: vel ad demonstranda humiliter vite miseriam. Ideoque et Job dei manu et apostolus sathane stimulum sentit: et iterum bene proficere: quia malum bene portauit. Ex praedictis concludit ostendens esse bonum fieri mala multis modis. **h**

**Si quis igitur dili**

genter attendat quae scripta sunt: facile est ei percipere ex malis bona puenire: et ex ea ratione dictum esse quod bonum est mala fieri vel esse: non quod malum sit bonum: vel quia bonum sit malum fieri. Non est enim bonum malum fieri ab aliquo: quod non est bonum ut aliquis faciat malum. Si enim hoc esset bonum: profecto huiusmodi deus auctor esset: qui est auctor omnis boni. Quod si huiusmodi deus auctor esset: eo quod auctore homo agit mala. et ita eo auctore homo fit deterior. Et si eo auctore homo fit deterior. tunc eo volente homo fit deterior. Idem est enim dicere aliquid fieri deo auctore quod deo volente. Deo autem auctore homo non fit deterior. quod non deo volente: ut Augustinus in libro xxxiij. questionum. apte astruit a minore dicens ita. Nullo sapiente homine auctore fit homo deterior. Tanta enim est ista culpa que in sapientem hominem cadere nequit. Est autem deus omni homine sapienter prestantior. Multo enim est prestantior dei voluntas quam hominis sapientia. Illo autem auctore cum dicitur: illo volente dicitur. quod est vitium voluntatis humane quo est homo deterior: quod vitium si longe abest a dei voluntate ut ratio docet a quo sit quereendum est. Ecce apte dicit Augustinus. deo auctore vel volente hominem non fieri deteriorem: sed vitium voluntatis sue. Non est ergo deo auctore quod malum fit ab aliquo: et ita deo volente mala non fiunt.

Quod in deo non est causa ut sit homo deterior. **l**

**Deinde idem Augustinus**

querens quid sit causa ut homo sit deterior: in deo non esse asserit in eodem libro. sic dicens. Et sit homo deterior: aut in ipso est. aut in alio. aut in nihilo. Si in nihilo: nulla causa est. Si in alio aut in deo. aut in alio quolibet homine. aut in eo quod neque deus neque homo sit. Sed non in deo: Bonorum enim deus tantum causa est. quod aut in homine est: aut in eo quod neque deus neque homo aut in nihilo. Et ex his apte ostendit quod non est bonum ut sit homo deterior: quod non est deus eius rei causa qui tantum causa bonorum est. Et si non est bonum ut homo fiat deterior: non est ergo bonum ut homo ab eo fiat malum: non quod vult deus ut ab eo fiat malum. Aliter probat quod deo auctore non fiunt mala. **m**

**Ita aliter etiam ostendit**

quod deo auctore. id est. volente non fiunt mala quod ipse non est causa tendendi ad non esse. Tendere enim ad non esse malum est. Ipse autem auctor mali non est. Tendit homo ad non esse quod operatur malum: non quod deo auctore est quod aliquid operatur malum. Non est ergo bonum quod aliquid operatur malum: quod tantum boni deus auctor est. Hoc autem Augustinus in eodem libro. apte explicat ita dicens. Qui omnium sunt auctor est. et ad cuius bonitatem id pertinet ut si oportet quod est. boni tantummodo causa est. Quod circa mali auctor non est: et ideo ipse summus bonum est. a quo in nullo deficere bonum est et malum est deficere. Non est ergo causa deficendi. id est. tendendi ad non esse quod ut ita dicam essendi causa est quod omnium sunt auctor est. quod in quantum sunt. bona sunt. Ecce apte habes quod deficere a deo quod summus est bonum: malum est. Quod mala quod facere malum est non quod deo auctore vel volente mala fiunt.

Obiectio quaedam sophistica quae perbat nituntur ex deo esse quod mala fiat. **n**

**Ita sufficiens ostendit**

sum est. quod deo auctore non fiunt mala. Qui dicitur in sophistice incedentes. et ideo deo odibiles perbat conantur ex deo auctore esse quod mala sunt. Quod mala sunt verum est: omne autem verum quod est. a veritate est quod deus est. A deo ergo est quod mala sunt. Quod autem omne verum a deo sit perbat auctoritate Augustinus in libro xxxiij. questionum. ita dicitur. Quod verum a veritate verum est. Est autem veritas deus. Deum ergo huiusmodi auctorem oportet verum. Est autem verum quod mala fiunt vel sunt. Deo ergo auctore est quod sunt vel fiunt mala.

Responsio ubi concedit oportet verum esse a deo. et sophisma aperit. **o**



**Quib' facile est no**

bis mēdere: s̄ indignū r̄sione videt̄ qđ di-  
cunt. **Q**ē nāq; vey a deo ē. vt ait Aug. cui  
psonat Amb. q̄ tractās illud x̄bū apli Me-  
mo pōt dicere dñs ielus. nisi in sp̄sctō di-  
cit q; cū vey a quocūq; dicif: a sp̄sctō est  
Cū itaq; vey sit q; mala sūt. b̄ vey quod  
dicif illa locutiōe. s̄ mala sūt. a deo ē: s̄ nō  
inde sequif q; a deo sit vt mala sūt. Si enī  
b̄ diceret̄. autor maloz de' esse itelligeret̄  
quod ex sili manifeste saluz oñderet̄. **D**e'  
phibet furtum fieri. furtum fieri veruz  
est: ergo prohibet verū: non sequitur.

**I**stam questionis approbat il-  
lozum qui dicunt deum non velle  
mala fieri.

**Hec igit' et alia hu**

tusmodi inania relinquētes. premisse que/  
stionis. pti saniori fauētes q̄ sanctorz testi-  
monij plenius approbat: dicamus deum  
nō velle mala fieri nec tñ velle nō fieri neq;  
nolle fieri. **O**mne q̄ quod vult fieri: fit. et oē  
quod vult non fieri: non fit. **F**uit aut̄ mul-  
ta q̄ non vult fieri: vt omnia mala.

**I**sta ē distinctio. xlvj. hui' primi  
libri. in qua postq̄ ostensum est quid tenendū sit de  
voluntate dei s̄m se. Consequēter ostēdit̄ mgr̄ quid  
tenendū sit de voluntate q̄rū ad ipm̄ effectū. **E**t tria  
facit. **N**ā p̄mo ostēdit̄ effectū diuine volūtatis respec-  
tu bonoz. **S**cdō facit idem respectu maloz. **T**er-  
tio subdit determinationē quarundam autoritatum  
primū facit a principio huius distinctionis vsq; ibi  
Ios cū p̄ter. **S**cdm vsq; ibi. **Q**uo Aug. Tertuz  
no ab inde vsq; ad finem distinctionis. **E**t tñ in ge-  
nerali. **I**n speciali sententia mgr̄ stat in trib' p̄posi-  
tionib' quaz p̄ma est hec. **B**eneplacitū diuine volū-  
tatis in omnibus implet. **H**anc mgr̄ inuestigans q̄rit  
At̄rū deus aliquid voluerit quod factum nō fuerit.  
**E**t arguit q; sic. quia voluit inoult omnes homines  
saluos fieri hoc tñ factū nō ē nec fit. **S**ilr̄ voluit fili-  
os isrl' gregare. qđ etiam nō est factū. ergo nō oia  
que deus voluit sūt facta. **E**t r̄idet mgr̄ q; h̄mōi du-  
plici obiectiōe nō obstante volūtas dei s̄p̄ implet.  
**E**t obiecta sic habet̄ intelligi q; quicūq; hoies saluā-  
tur vel qui de filiis isral' congregantur. sicut etiā Job. j.  
dicif. **I**lluminat oēm hoīem veniētem in hunc mun-  
dum. **H**oc non habet̄ intelligi q; omnes ab ipō illumi-  
nant̄ qui in hunc mundum venerint. sed q; nullas ve-  
niens in hunc mundū illuminat̄ nisi ab ipō. **S**cdā  
p̄positio est hec. **D**e' neq; vult neq; non vult q; ma-  
lū culpe oriat̄. **H**ac p̄bans mgr̄ querit. **E**tr̄ mala sūt  
ant̄ deo volente. **C**irca cui' questionis materiaz duc-  
sunt op̄miones quarū prima est. q; deus vult malum  
nō fieri. **S**cdā est q; de' vult mala fieri et hi inducūt  
rōnes p̄ sua op̄mione. quarū prima est. **P**otentie oī  
potentis resisti nō pōt. sed si deus nollet mala fieri.  
cū tñ sūt. eius potētie posset resisti. sed hoc esset in-  
cōueniēs. quia iam pō esset omnipotēs. ergo incōue-

nies est deū ponere velle mala nō fieri. ergo de' vult  
mala esse vel fieri. **S**ecunda vero talis est deus aut  
vult fieri aut nō vult fieri. s̄ non vult ea nō fieri. er-  
go vult ea fieri. **M**ino: patet p̄ hoc. quia si vellet nō  
fieri nunq̄ fierent: cum voluntati ei' nihil posset resi-  
stere. **T**ertia ratio est. **D**eus vult omne bonū. s̄ bo-  
num est mala fieri. nisi em̄ esset bonū mala fieri nūq̄  
pmittit̄ a deo fieri. ergo deus vult mala fieri. **A**d  
has rōnes respondēs mgr̄ ad duas. p̄mo q; non est  
p̄cedēdum: q; deus velit mala fieri. quia sic esset ini-  
quus. nec q; vult nō fieri mala que ē scđa op̄mione. qz  
sic mala nūq̄ fierēt. **S**ed est vidēdū q; nō vult ea fie-  
ri. et q; arguitur tertio q; mala fieri est bonum. **D**icē-  
dum est q; nō est bonum simpliciter s̄ est bonū in q̄-  
tum ex malis possunt elici bona. vbi etiā incidētale  
dicif q; aliquid est bonum in se et facienti et ei cui fit  
vt p̄dicare fidelibus. p̄pter deum. **A**liquid est bonū  
in se et facit. vt dare elemosynam paup̄i. sed nō pro-  
pter deum. **A**liquid nō in se est malum et facienti sed  
ex eo accidentaliter. puenit aliqua bona vt mala q̄  
sūt ad pulchritudinem vniuersi. **P**robat postea ma-  
gister op̄mionem. s̄ q; deus non vult mala fieri. q; si  
deo volētē fierēt mala. igit̄ fierent deo auctore. et p̄  
p̄s de' eēt aucto: ill' qđ fieret deterior qđ nō ē dī  
cēdū vt p̄bat autoritate. **b.** **A**ugu. **P**ostea Arguit  
fm̄ quosdā. **D**e' vey est a deo. s̄ mala fieri est veruz  
ergo ip̄a factio mali est a deo **E**t r̄idet q; vltas que  
est in hoc dicto est a deo sed ex hoc non sequif q; ip̄a  
res dicta. s̄. malū sit a deo. **T**ertia propositio est  
Nullum malum fit quod a deo fieri nō pmittit̄. patet  
quia quicquid fit deus pmittit fieri **E**t tñ in sp̄ali.  
**Q**uod voluntas dei semp̄ impletur de  
homine quocūq; se vertat.

**Volūtas quip**

pe dei semp̄ efficac̄ est vt fiat oē  
qđ velit et nihil fiat qđ nolit: q̄  
o hoie s̄p̄ implet̄ qđcūq; se v̄tat **N**ihil em̄ (vt  
ait Augu) i libero arbitrio p̄stitutū supat  
volūtate dei: et si faciat p̄tra ei' volūtate.  
tñ p̄tra ei' volūtate q̄ ip̄e est nihil putādū  
est ita fieri tanq̄ velit fieri et nō fiat. vt nō  
lit fieri et fiat. **I**lla em̄ volūtas. vt ait Au-  
gu. in ench. **I**p̄ implet. aut de nob̄ aut a nob̄  
**D**e nob̄ implet: s̄ tñ nō implet̄ eā qñ pecca-  
mus. **A** nob̄ implet̄ qñ bonū facim' iō enī  
facim' q; scim' placere deo. **I**ta et de hoie  
s̄p̄ de' implet suā volūtate. qz nihil facit hō  
de q; deus nō op̄at̄ qđ vult. **N**on em̄ vult  
de' vt peccet hō q̄libet. **S**i aut̄ peccauerit  
penitēti vult p̄cere vt viuat: in pctis nō p̄  
seueratē punire vt iusticie potētis p̄tumat̄  
nō euadat. **S**icut alios ab ceteri no p̄parauit  
uit ad penā. ita alios p̄parauit ad gl̄iam.  
et hec sunt magna opa dñi exquisita in om-  
nes volūtates eius. **E**t tā sapiēter exquisi-  
ta vt cū angelica et humana creatura pec-  
casset. id ē. nō quod ille. s̄ quod voluit ip̄a  
fecisset: etiā p̄ eandē creature voluntatem  
q̄ factū est quod creator non voluit. et plet  
ip̄e qđ voluit. bñ yrēs etiā malis tāq; sum-

DI. XL VII

Per sile ostē-  
dit illū cē fal-  
sum.

GU  
erion  
Es. Et  
o. aut  
in alio  
ut in co  
Bono  
ant in  
Et ex  
sit dō  
tū cā  
harde  
eo fax  
mān.  
ne nō fr  
m  
ostē  
unt mala  
e. Tēde  
ut aucto  
q̄ op̄at̄  
is op̄at̄  
nt malū  
Aug. in  
dū om  
tē id pu  
est. Quo  
sumuz  
ū ē et ma-  
di. i. teni  
di cū est  
bōa sunt  
o q̄ sumuz  
re malū est  
la sunt.  
ica q; p̄ba  
ala fiat. n  
roste  
nt mala. Qui  
deo deo odū  
dore esse q;  
erū ē: omne  
A deo q̄ est  
o deo s̄p̄  
ū. q̄stio ita  
ē est. Et aut  
oē verū. Et  
nt. Deo ergo  
nala.  
ē verū esse a



me bon<sup>o</sup>: ad eorū damnationē q̄s iuste pre-  
destinavit ad penā: 7 ad eorū salutē q̄s be-  
nigne p̄destinavit ad gr̄am. Quātū em̄ ad  
īpos attinet q̄ de<sup>o</sup> noluit fecerūt: q̄tū x̄o  
ad oipotētā dei nullo mō id facē voluerūt  
hoc q̄ppe īpo. q̄ 3 ei<sup>o</sup> volūtātē fecerūt: de  
īpis facta est volūtās ei<sup>o</sup>. p̄terea nanq̄  
magna dñi sunt opa ex q̄sita in oēs volūta-  
tes ei<sup>o</sup>. vt miro 7 ineffabili mō nō fiat p̄ter  
ei<sup>o</sup> volūtātē. qd̄ etiā fit 3 ei<sup>o</sup> volūtātē: qz n̄  
fieret si nō sineret. nec vtiq̄ nolēs finit. sed  
volēs. nec sineret bon<sup>o</sup> fieri male. nisi oipo-  
tens 7 de malo posset facere bonū bñ. His  
x̄bis cuidēter mōstrat q̄ volūtās dei eter-  
na sp̄ implet d̄ hoīe: etiā si faciat hō p̄tra dei  
volūtātē. Sz attēdendū ē diligētē quō in  
supiorib<sup>o</sup> d̄: fieri aliqd̄ p̄tra dei volūtātē  
qd̄ tñ nō fit p̄ter eā 7 q̄liter intelligendū sit  
illud. q̄tū ad se fecerūt: qd̄ de<sup>o</sup> noluit. q̄tū  
x̄o ad oipotētā dei nullo mō id facere va-  
luerūt. Vidētur em̄ ista supiorib<sup>o</sup> obuiare  
vbi dictū est volūtati ei<sup>o</sup> nihil resistere.

Hic aperit diuersis modis supra  
accipi dei voluntatem.

**Verū vt supra di-**

rim<sup>o</sup> voluntas dei diuersis modis accipit  
q̄ diuersitas i p̄dictis x̄bis si diligētē notet  
nihil ibi p̄dictōis repit. Vbi em̄ dicit nō  
fieri p̄ter ei<sup>o</sup> volūtātē etiā qd̄ fit p̄tra ei<sup>o</sup> vo-  
luntātē dissilitē accipi volūtātē. 7 nō ip-  
sam voluntātē. q̄ de<sup>o</sup> est: 7 sc̄p̄na est. 3 ei<sup>o</sup>  
signa p̄dictis x̄bis intelligi voluit. i. p̄hi-  
bitionē siue p̄ceptionē 7 p̄missionē. Q̄d  
ta em̄ hūt p̄tra dei p̄ceptū vel p̄hibitionē  
q̄ tñ nō hūt p̄ter ei<sup>o</sup> p̄missionē. Ipsi<sup>o</sup> nāq̄  
p̄missionē oīa hūt mala: q̄ tñ p̄ter ei<sup>o</sup> volūta-  
tē sempiternā hūt. Sicut Aug. dicit sup̄ il-  
lū locū ps̄. vt nō loquat̄ os meū opa hoīm  
Opa em̄ hoīm dic̄ eā q̄ mala sūt q̄ p̄ter dei  
voluntātē hūt. q̄ ipse est: 3 nō p̄ter ei<sup>o</sup> p̄mis-  
sionē q̄ ipse nō est. Appellat̄ tñ ipsa dei vo-  
lūtās. qz de<sup>o</sup> volēs finit mala fieri. Fuit et  
p̄tra ei<sup>o</sup> p̄ceptionē vel p̄hibitionē: 3 nō cō-  
tra ei<sup>o</sup> volūtātē q̄ ipse est: nisi dicat̄ p̄tra eā  
fieri: qz p̄ter eā hūt. Cōtra eā q̄ppe nihil ita  
fit: vt velit fieri qd̄ nō fiat. vel nolit fieri et  
fiat: qd̄ euidēter ibi Aug. notauit. vbi ait.  
Quātū ad ip̄os attinet qd̄ de<sup>o</sup> noluit fece-  
rūt q̄tū x̄o ad oipotētā dei: nullo mō id  
facere valuerūt. Ac si diceret fecerūt p̄tra  
dei p̄ceptū qd̄ appellat̄ volūtās: 3 nō fece-  
rūt p̄tra dei volūtātē oipotētē. qz h̄ non  
valuerūt: illud valuerūt. 7 ita p̄ h̄ q̄ fecerūt

In quirit sen-  
sus p̄: edi cro-  
rū x̄borum.

Ex quo sensu  
quedam dicitur  
fieri circa  
dei voluntatē  
q̄ tñ non sunt  
p̄ter ei<sup>o</sup> vo-  
luntatem. Et  
ex quo sensu  
verus sit nihil  
fieri cōtra ei<sup>o</sup>  
voluntatem.

p̄tra dei volūtātē. i. p̄ceptū de ip̄s facta<sup>o</sup> ē  
volūtās ei<sup>o</sup>. i. impleta est volūtās ei<sup>o</sup> sempit-  
terna q̄ eos dānari volebat. Vñ Grego. su  
per Beñ. Q̄dulti voluntatē dei peragunt  
vnde mutare cōtendunt. 7 p̄silio eius resi-  
stentes obsequunt̄: quia hoc eius disposi-  
tioni militat. quod p̄ humanū studiū resul-  
tat. Hic aperte ostendit̄ quia dū mali con-  
silio ac p̄cepto dei resistunt qd̄ voluntas  
dei appellat̄. ea faciunt vnde volūtās eius  
que ipse est implet̄: que dispositio vt bene-  
placitū vocatur. Nam vt ait Aug in ench  
quantelibet sint voluntates angelorum 7  
hominū bonorū vel malorū: vel illud qd̄  
deus vel aliud volentū q̄ deus: oipotētē  
tis voluntas semp̄ inuicta est: que mala ef-  
se nunq̄ potest: etiā dū mala irrogat: iusta  
est: 7 p̄fecto que iusta est: mala nō est. Vel  
us ergo omnipotēs siue p̄ misericordiā cu-  
ius vult misereat̄: siue p̄ iudiciū quē vult  
obdurat. nec inique aliqd̄ facit: nec nisi vo-  
lēs q̄c̄q̄ facit 7 oīa quecūq̄ vult facit.

Summatim p̄stringit sententiā  
predictorum addens quare de<sup>o</sup> p̄-  
cepit omnibus bona facere 7 mala  
vitare. cum non velit hoc ab om-  
nibus impleri.

**Ex p̄dictis liquet**

q̄ voluntas dei que ipse est semp̄ inuicta ē  
nec in aliquo cassatur: sed per omnia implet̄  
Consiliū vero eius 7 p̄ceptio siue p̄hi-  
bitio non ab omnibus implentur quib<sup>o</sup> p̄-  
posita 7 data sunt. Neq̄ ideo p̄cepit om-  
nibus bona: vel prohibuit mala: vel cōsu-  
luit optima q̄ vellet ab omnibus bona que  
p̄cepit fieri: vel mala que p̄hibuit vitari  
Si em̄ vellet: vtiq̄ 7 fierent. qz in nullo po-  
test ab homine supari vel impediri eius vo-  
luntās: sed vt iusticiā suā hominibus ostē-  
deret: 7 mali essent inexcusabiles. Deniq̄  
vt boni ex obedientia gloriā mali ex inobe-  
dientia penam sortirentur: sicut vtriq̄ ab  
eterno preparauit. Ea ergo que omnibus  
p̄cepit: vel prohibuit a quibusdā voluit  
fieri vel vitari. sed nō ab omnibus: 7 que-  
dam p̄sonaliter p̄cepit 7 in veteri 7 in no-  
ua lege. q̄ ab eis q̄b<sup>o</sup> p̄cepit fieri noluit: vt  
abrae dei imolatiōe filij: 7 i euāgelio q̄bus /  
dā curatis q̄b<sup>o</sup> p̄cepit ne cui dicerent.

Ista est distinctio. clvij. hui<sup>o</sup> p̄ri-  
mi libri. in qua magister postq̄ egit de quibusdā q̄  
diuine voluntatis effectus vident̄ impedire Agit de  
diuine voluntatis efficaci adimplēione Et tria facit

Gregori<sup>o</sup>.



Nā pmo ostēdit q voluntas dei semp implet. Secō subdit q etiam impletur quo ad eos a quibus puer se impugnat. Tertio cōcludit q deus diuersimode fm eam pcepit. Primum facit a pncipio distinctōis vsqz ibi. Mōta enim sunt contra eius pceptionem. Scdm ab inde vsqz ibi. Ex predictis liquet. Tertiu hō ab inde vsqz ad finē distinctōis. Et tm de sentētia in generali. In spēali sentētia magistri stat in tribus ppositiōibus. quarū pma est hec. Diuina voluntas efficaciter in omnib⁹ semp cōsummat. Hanc magister pbans pponit pmo q voluntas dei sp est efficac⁹: z nihil est cōtra eā. multa tñ sunt pter eam. Et ostendit q voluntas dei sp implet aut de creatura aut a creatura. A creatura aut qm qm creatura bene facit. De creatura aut qm de⁹ ordinat de mala facitē vt vult. Postea magister mouet dubitationē quandā quōd possit aliquid fieri pter dei volūtatē. quod Aug⁹ videt dicere: cū tñ eius volūtatē nihil resistat. Itē quōd illud qd est contra voluntatē dei non est pter eam. Et respondet magister dicēs q hoc aparet distinguēdo voluntatē. Nā volūtas dei aliqñ nominat ipam diuinā essentiā pcepta vel phibitōes diuine voluntatis. Aliquādo etiā pmissionē. Cōtra ipsam diuinā voluntatē que est incipisa diuina essentia nihil sit. Contra pcepta z phibitiones que sunt signa voluntatis dei bene pōt aliquid fieri vt mala: z tamē nihil fieri pōt pter eius pmissionē. Scda ppositio est hec. Diuina voluntas efficaciter implet z cōsummat quo ad eos a quibus puer se impugnat. Hanc pbat magister autoritatibus sanctorū que vidēt dicere q mali volūtatē diuine resistentes ei obsequunt. Tertia ppositio est hec. Nō omnia que deus pcepit vel phibuit ita fieri voluit. Hoc pty ex eo q de⁹ aliquādo ex aliqua ratione aliqua fieri nō voluit: sed ad modū volentis habuit: vt patet de immolatione Isaac z hōi. Et tm in speciali.

Qz aliqñ hō bona voluntate aliud vult qz de⁹: z aliqñ mala id quod deus bona voluntate vult. a

**Sciendus quo**

q est q aliqñ mala est volūtas hominis idem volētis qd deus vult fieri: z aliqñ bona est volūtas hominis aliud volētis qz deus. Et em bona sit hominis voluntas oportet attēdere quid pgruit ei velle z quo fine. Tantū em inter est inter voluntatē dei z voluntatē hominis vt in quibusdā aliud cōgruat deo velle aliud homini. Nā Aug⁹ in ench. Aliqñ bona voluntate homo vult aliquid qd deus nō vult: bona multo ampli⁹ multoqz certius volūtatē. Nā illius mala volūtas esse nunqz pōt. Tanqz si bonus filius patrem velit viuere quē de⁹ bona voluntate vult mori. Et rursus fieri pōt vt hoc velit homo voluntate mala: qd de⁹ vult bona: vel lut si malus filius velit mori patrē: velit etiā hoc deus. Nepeille vult qd nō vult deus iste vero id vult qd vult z deus: z tm bone dei voluntati pietas illius pot⁹ cōsonat: quis aliud volētis qz hui⁹ idem volentis

Augusti.  
Qz fm duo cōsiderat bona volūtas hoīs

impietas. Absultū em interest quid velle homini: quid deo cōgruat: z ad quē fines suā quisqz referat voluntatē vt approbetur vel improbet. Idotest em velle bonum qd nō congruat ei velle: z pōt velle bonuz qd congruit: sed non refert ad fines rectum: z ideo non est bona voluntas.

Qz bona dei voluntas mala hoīm volūtatē implet vt in passiōe xpī cōtigit vbi quoddā factum est qd deus bona z iudei mala volūtatē voluerūt: voluerunt tñ z aliquid quod deus nō voluit.

**Illud quoqz nō ē** p̄mittēdū q aliqñ dei voluntas bona p malā hominis voluntatē implet: vt in crucifixiōe christi factū est quē deus bona voluntate mori voluit. Iudei vero impia voluntate eū crucifixerūt. Et volebant iudei mala voluntate quoddā qd de⁹ voluit bona. volebat scz vt xp̄s pateref moreref: s volebant z aliquid aliud qd deus volebat scz occidere christū quod fuit mala actio z peccatū. Actū quippe iudeoz non voluit deus. passioez vero xpī voluit: sicut z in ipso ps: christus ad patrē ait: Tu cognouisti sessionez mea. i. voluisti: z approbasti passionē meā. tibi em placuit Voluit itaqz tota trinitas vt christ⁹ pateref: nec tamen voluit vt iudei occiderēt. qz voluit penaz christi: sed nō voluit culpā iudeozū necta men noluit: si eum noluisset: nec fuisset.

**Oppositio.**

**Bed ad hoc oppo-** nit sic. Si voluit de⁹ vt christus pateref. Voluit utiqz vt pateref a iudeis vel non. Si voluit vt nō pateref a iudeis: cum passus sit factū est itaqz qd voluit deus nō fieri. Si aut voluit eū pati a iudeis g voluit eum occidi a iudeis: voluit itaqz vt iudei occiderent eū. Ad qd respondētēs dicimus simpliciter cōcedendū esse. q de⁹ voluit christū pati: mori: qz eius passio bonū fuit z cā nostre salutis. Lū aut dicif volebat eum pati vel occidi a iudeis. hic distinguēdū est. Si em intelligif sic: volebat eū sustinere passionē siue crucifixionē a iudeis illatā: verus est sensus. Si vero intelligif sic: volebat vt iudei occiderent eū: falsum est. Non em volebat deus actionē iudeoz que mala erat: sed volebat passionē bonā: z hec voluntas p malas iudeozum

Responsio



Augusti.  
in ench.

voluntates impleta est. **Uñ Aug.** in ench. Deus quasdam voluntates suas vtiq; bonas implet p malorum hominū voluntates malas: sicut p maliuolos iudeos bona voluntate patris christus p nobis occisus est. **Qd tñ bonū fuit vt apls Petrus qñ id fieri nolebat: Sathanas ab ipō q occisus ē diceref. Ecce manifeste habes magnū bonū fuisse q christ' occisus est: r hoc bonū. q; Petrus nolebat: iō redargutus est.**

**Uñ placuerit viris bonis q christus pateret r mozeretur: placuit quidem intuitu nostre redemptionis: sed nō ipsius cruciatus.**

### Ex quo soluit que

stio qua queri solet: vtrū viris sanctis placere debuerit q christus pateret vel occideret: Debuit em̄ eis placere intuitu nostre redemptionis sed nō intuitu ipsius cruciatus. Voluerūt ergo ac vehemēter cupierunt xpm̄ mori: ppter liberationē hominis r impletionē diuine voluntatis sed nō voluerunt delectatione ipsi' afflictionis. De eodē ḡ letabant r tristabant: sed ob aliud gaudebāt r ppter aliud dolebāt. Volebāt ergo christū mori p hominis redemptione: r tñ de morte ipsius diuersis de causis corda eorū variē mouebantur.

**Quomō sentiendum sit de passionibus sanctorum an velle an nolle debeamus.**

### Si vero queritur

vtrū eodē modo sentiendū sit de passionibus r martiris sanctorū: **Dicitur** aliquaz esse differentia inter passionē capitis r mēbrorū Christi nāq; passio causa est nre salutis: qd nō est passio alicui' sancti. Nullus em̄ passione redēpti sumus nisi christi. Profuerūt quidē non modo eis qui passi sunt: verū etiā alijs fidelibus ipsorū passionibus. Verū tamē nostra redēptio non sunt. hoc em̄ passio illius sola potuit qui de' est r homo. Illius ergo passionē credentium pie mentes voluerūt r optauerunt fieri sicut futurū credebant. Passiones vero sanctorum possumus velle r nolle: r vtrunq; bona voluntate si rectos nobis pponamus fines. Qui em̄ placuit Pauli passio eo fine q; premiū eius p hoc auctū r pactū cernebat: bonā videt habuisse voluntatez: que volūtati eius cōgruebat qua cupiebat dis-

**Qd passioes scōz possumus velle r nolle r vtrunq; bona voluntate.**

solui r esse cū christo. Qui autē voluit cum declinare passionē: r effugere man' iniquorū cōpassione pietatis r ille habuit bonaz voluntatē. **Uñ Augu.** in ench. Bone appaiebant apostolū Paulū hierusalē pgerere: ne ibi pateret mala que Agabus ppheta pdixerat: r tamē hoc illum de' pati volebat p anūcianda fide christi exercēs martyrem christi neq; ipse bonā voluntatē suā impleuit p christianorū voluntates bonas sed p iudeorum malas: r ad eū potius ptenebant qui nolebant qd volebat: q; illi per quos volentes factū est qd volebat: quia id ipsum mala voluntate fecerunt qd deus bona voluntate voluit. Ita r in passione christi factū est: qd em̄ de' voluit: hoc idē Judas r diabolus: sed illi mala voluntate deus vero bona voluntate. scz vt christ' mozeret. Verū tamē illi actuz voluerunt quē deus non voluit.

**Ista est distinctio. xlvij. hui' primi libri seu vltima.** In qua magister post q̄ egit quō voluntas dei semp efficaciter adimplet. **Hic cōsequenter agit quō se habeat voluntas nostra in cōparatione vel in cōformitate ad diuinā. Et tria facit.** Nam primo ostendit q voluntas nostra bona nō semp cōformat diuine in volūto. Secō subdit quō aliquā voluntas nostra cōformat diuine voluntati in volūto. Tertio subdit q aliquādo sine culpa possumus idē volūtū diuersis respectibus velle r nolle. **Primum r scōm facit a principio distinctionis vsq; ibi. Et quo soluit questio. Tertio vero vsq; ad finē distinctionis. Et tñ in generali. In speciali sentētia magistri stat in tribus ppositionibus quarū prima est hec. Nō omnis voluntas nō volens qd deus vult est mala. Hanc magister pbans ponit exemplū in primo capitulo huius distinctionis dicens: vt si bonus filius patre suū velit viuere: quē deus bona voluntate vult mori. Ibi volūtas filij materialiter nō vult qd deus vult nō tñ est mala. Secūda ppositio est hec. Nō omnis volūtas que vult qd deus vult est bona. Hanc magister pbans pponit q aliquā est mala voluntas hominis volentis idem quod deus vult: sicut voluntas malī filij volentis mortē patris quā tamē deus vult. Nempe ille prim' vult quod nō vult de'. Iste vero secūdus idem vult q deus: r tamē bone volūtati illius dei pietas potius cōsonat: quā aliud volentis q huius qd deus volentis impietas. Tertia ppositio est hec. Idem volūtū diuersis respectibus sine quacūq; culpa possum' nolle r velle. Hanc pbans pponit magister q voluntas dei bona per voluntates malas hominū adimplet: sicut fuit in morte christi. volebat em̄ deus christū mortē sustinere: sed nō iudeos inferre. Et postea dicit q passio christi deo placebat: nō in q̄tum fuit penalis sed in q̄tum fuit salutaris. Et similiter passiones sanctorū pnt diuersis causis sanctis placere r displicere qd pbat ppositio pdicta. Et tñ in speciali.**

**Finit prim' liber de mysterio trinitatis.**